



1
6
100









Joannis Reuchlin Phorcensis LL. doctoris celebratissimi Sergius uel Capitis caput, cum commentario Georgii Simler Vuimpinensis

GEORGII SIMLER IN SERGIVM IOANNIS Reuchlin Phorcensis LL. doctoris enarrationes.

¶ In exponēdis auctoribus spectari quæriq; cum soleat, quo genere
carminis poeta scripserit, de comœdia silendum mihi potius q̄ pauca di
cere existimo. Tum ꝙ ea de re diuinæ uir facundię grecus auctor Theo
Theophrastus
phrastus uolumē instituit. Tum deinde ꝙ Ælio Donato in lectionis Te
Donatus
rentianę prodromo qui prolixius repetiuerit illius originem carminis
hacten⁹ quem sciam uidi neminē. Adeo copiose quę recitauit a primor
diis deduxit, ut grammaticorū multicupidæ cohorti unus atq; unicus
egregie satisfecisse putari debeat omnino. Æquiorem itaq; lectoris anxii
ratus conditionē, qui Donati quę scripta reliquisset intelligeret, quando
omne curriculū industriæ suę doctiss. enarrator in lectorum propulsan
do errore uersari uoluit semper, pauca tn̄ pro tpe quę solent in foribus li
brorū p̄libari adiecisse cōtētus de comœdię referā materia, si prius cōpē
diaria stringā p̄faciūcula quā in singulos uersus explanationē impertiar.

DE COMOEDIA

Comœdia in eo est genere poematis, q̄d a græcis δραματικὸν id est
actiuū uocatur, In quo personę agūt solæ, sine ulla poetæ interlocutione
Ab illis ita finit̄, κωμῳδία ἐστὶ ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων
Diffinitio comœdię
ἀκίνδυνος περιοχὴ. Id ferme hoc sonat. Comœdia (nam scribitur ω me
ga cum iota subnotato in secunda syllaba, quę litera in œ diphthongon
uertitur) Comœdia inquam est priuatarꝫ et ciuiliū rerum sine periculo
Comœdia Tragœdia
cōplexio. A pagis rusticorūq; cōuenticulis nuncupata, quas illi κώμαις
id est uillas uel pagos nominant, sed longe relinqui a tragœdia qui ne-
scit uel ex uerbis Calchedonii Xenocratis accipiat. Is cū a Bione obiur
garetur nō tibi inquit respondebo equidē. Nam neq; tragœdia comœ
diam cum ab ea lacessitur responsione dignatur. Donatus affectum ci
uilium ac priuatorū continere docet comœdiam, qua discit̄ in uita quid
sit utile, quid contra euitandū. Ex illis Donati uerbis affectus in comœ-
Affectus in comœdia quęrendos
dia quærendos explicandosq; elicimus, quos & ipse digniss. interpres
ubiq; solerter rimatus, medullitus (uti aiunt) plus q̄ uocabulorꝫ inclina
mēta subtiliter discūssit, quare q̄d minus grāmatistis hoc est a literato-
ribus in manus sumitur mirari iam desino. Et M. Cicero de genere nar
rationis, quod in personis est positum ubi meminit, animorū dissimilitu
dinem cōtinere uult, q̄d maxime in comœdiarum attendit̄ actibus. Sti
Character comicus
lo præterea comœdia est quem illi χαρακτῆρα uocant quotidiano ser-
moni simillimo & presso non sublimi oratione tenui leui uulgaria atq;
humi repente, quod Horatium sensisse uideo cum inquit.

Iccirco quidam comœdia nec ne poema
Esset quæsiuere, ꝙ acer spiritus & uis
Nec uerbis nec rebus inest, nisi ꝙ pede certo
Differt sermoni sermo merus.

Argumentū comœdiarum

Vnde a plæriſq; populares ſunt dicti poetæ comici, quorum themata quæ vocamus argumenta in ueteri comœdia res geſtæ quondā fuere palam in ſcæna decantatę, ſed abuſus licentię infamiam lege retruſit. In ſatyrā itaq; mutatū hoc carminis genus, cum in ſuſpitionē uenire cepiſſet, & ipſum eſt abrogatū. Noua hæc tandem comœdia inuenta, quæ ficta utitur hypotheſi, non temere tñ excogitata, quemadmodū uulgi cohors indocta uociferatur aſſidue, cuius ignauiæ Cicero in oratione pro Sex. Roſcio ſcitiſſime reclamat. Vbi hæc eſſe a poetis conficta oſtendit, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis expreſſamq; imaginē noſtram uitæ quotidianę uideremus. Hoc Ciceroniano uerſiculo non inepte comicorū explorari cōſiliū exiſtimauerim. Et huic noſtro tale aliqd accidiſſe reor. Cum uerbum illud Cohelis inceſſanter recordaretur exclamantis. Ve tibi terra cuius rex eſt puer. In hoc itaq; animū intēdiſſe opinor, ut principibus monitu ſuaſuq; ſub pſentis fabulæ hypotheſi ſalubriter conſuleret, abſtinendū a capitibus uanis, quibus Plato regnoꝝ adminiſtrationē interdixit, cuius ſententiā ſempiterna dignandam memoria Lactātius ille chriſtianus Cicero hoc uerborum lepidiſſimo exinuat inuolucro. Futuras eas dicens ciuitates beatas, ubi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharent. Quod & Macedo Alexāder magnus ſenſit, cum doctrina quā gloria militari pſtare duxit ſatius. Quid Zenonem, quid Ariſtotelem permouiſſe putemus? qui regnum & imperiū nemini niſi ſolis ſapientibus obnoxium fecerunt. Socratem legim⁹ Glauconem Plutonis fratrem ad rempub. accedere uolētem propoſito retraxiſſe, ꝙ rudis eſſet ignaruſq; rerū. Antiſthenes philoſophus in omni græcia famigeratus Athenienſibus conſuluit aſinos ut equos decernerent, atq; illi cum dicerent irrationabile, Tum Antiſthenes, quid ergo duces apud uos? qui nihil didicerunt ſolumq; deſignati ſunt, Nonne in libro Iliados ix. Neſtor a Ioue traditum eſſe regnū Agamemnoni cauſatur? ut cæteris recte prudenterq; conſuleret, Imperator Iuſtinianus legibus armari rempublicā oportere putauit, non ſolum armis decorari. Sacra deniq; recitat hiſtoria Samueli prophetæ a deo conſilium ſciſcitanti reſponſū eſſe. Non corporis pulchritudinem ac ſpeciem apicem facio regalem, ſed uerā ſine dubitatione uirtutē. Ea inquā uia Dauidi Salomon Ioſue Moyſeo princeps populo ſufficit Iſraelitico. Et reuera quibus ſubditorum ſalus committitur omni uirtute plenos eſſe debere Ioſepus rectiſſime ſcriptū reliquit. Nam qui populo præſunt ſi literas (quæ ſe maxime decent) ignorant, rationēq; bene gubernandi ex aliorum pceptis (quod ſine doctrina & lectione fieri nequit) colligere neglīgūt ſcænici futuri ſunt principes & imaginarii. Quid em̄ aliud eſt princeps illiteratus q̄ imago leonis cęteris feris imperitantis? Apud uetuſtiſſimos itaq; non temere conſuetudinē irroboraſſe exiſtimandū eſt eam, ut maiores natu regnū ſibi uindicarent, ꝙ huic ætati latius ineſſe conſiliū magiſtra

Præſentis comœdię argumētū

Alexāder magnus

Zeno

Ariſtoteles

Socrates

Antiſthenes

noſcitabant experiẽtia, pernicioſa res igitur princeps illiteratus, cui in-
ſuper ab aulicis ſi tam ꝑdite colludit̃ improbiſſimis fieri incipit, ne prin
cipatus fato ſed fortuna dari putetur teſte Lampridio. Et Vopiſcus ait
nihil eſſe quod peiores faciat principes quã ſtulti & deteſtabiles aulici et
reipublicę ignorãtia. Diocletianũ non inepte ferunt dixiſſe, nihil diffici
lius q̃ bene imperare. Vñ Sapiẽs græcus μὴ ἄρχε πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς
.i. nõ regas priuſq̃ regi diſcas. Q̃ obrem doctus ſit princeps. Nam ſi the
ma noſtri poetę diligenter introſpicies, Buttubattæ ſimilimũ intelliges
principem, qui caluariã reperiſſe putari debet, hoc eſt inanem conſilia-
rium, hunc ſinu ſi fouet ipſe, aulicorũ cætera turba exoſculari non deſi-
nit (turba inquã) in eiuſcemodi principatu hiſtrionibus nõ incompara
bilis. Verum hæ ſunt quibus regna concidũt caluarię, uirtus, probitaſq;
reſq; periclitatur publica, his libertas exterminatur, ſeuaq; tyrannis in-
Comici an troducitur, quodq; libet hoc licere incipit, quæ res nõ principes ſed por
tiquiſſimi.. tenta in terras exportanda remotiſſimas concitat. Ad diuerticulũ repe
dans hæc miſſa facio. Ex antiquiſſimis ſunt comicis, Suſſaron. Rullus ac
Magnes, hi ueteris diſciplinæ ioculatoria nec ſcite nec uenuſte pronun-
ciauerunt. Ætas ſecunda Ariſtophanem. Eupolim atq; Cratinũ habuit,
qui uitia inſectati comœdias ſcripſerũt acerbiſſimas. Tertia ætate Me-
nander fuit & Philemon omnẽ comœdię acerbitatẽ mitigantes. Horũ
fabulas romani poetæ cum pluris uertere ac latinas facere æſtimarent,
quã nouas cudere, latina dictione curauerunt illuſtrare græcitatis luces
atq; ornatus, ſed aſſequi non potuerũt quę conſequi propoſuerunt. Im-
proſpere em̃ infœliciterq; uerterunt nimis, adeo, ut græcanicis ſi contẽ
dere uelis faceciis & luminibus, quibus illæ lucent immodice, intelliges
prope inopi & infacunda lingua differẽtia longe conſtare remotiſſima
Terentiũ quis neſcit Menandri ueſtigia ſecutũ & Apollodori? Merito
non diſplicuit ei prior Menander ſcilicet, nã poeta fuit magnus in ſocco
comico, regũ ęgypti et macedonię teſtimonio claſſe et ꝑ legatos petit⁹,
Apud nos uero inter latinos comicos ordinationẽ nõ obſcure tractauit
Sedigitus, qui q̃ quenq; in loco & honore poni obſeruariq; uelit uerſib⁹
inſinuauit, ubi poſt Plautũ (quẽ ſecũdo digeſſit loco) in ſexto Terentiũ
collocauit. Seruius aũt noſter ex grãmaticis triũuir alio reſpectu oĩbus
comicis Terentiũ antepoſuit, latini uidelicet ꝓprietate ſermonis. Qua
re qui profitent̃ elemẽtaria penſitatione nõ tam lectione q̃ ingenio intu
Comicus eant̃ admonitos uelim. Apollini ſacrã eſſe comœdiã, uti libero patri tra
Comœdus gœdiã Plaut⁹ eſt auctor in mercatore, & Terẽtius. Inter comicũ tandẽ
& comœdum non erit danda neglectui differẽtia, ad corrigendũ me-
dendumq; errorẽ barbaſculorũ quorundã eam in rem errantiũ immo
dice. Comœdus hiſtrio dicit̃ actor recitatorq; comœdię. Comicus uero
ipſe poeta auctor factorq; comœdię. Comœdus Roſcius fuit. Comicus
Plautus & Terentius. Tranquillus in Claudio. Et inducti per ſimulatio
nem comœdi. Iuuenalis ſaty. iii. Vxorem comœdus agit.

SI unquam tuliſtis ad iocum ueſtros pedes
Aut ſi rei aures præbuiſtis ludicræ.
In hac noui obſecro poetæ fabula
Dignemini eſſe attentiores quam antea.
Non hic erit laſciuiæ aut libidini
Meretriciæ aut triſti ſenum curæ locus
Sed hiſtrionum exercitus & ſcommata.

IN PROLOGVM

Si unquam. Partes agit hic prologus exordii, qui a græcis μικτὸς
a nobis mixtus dici poteſt, Fabula nanq; commendat̃, eiuſq; argumen
tum expeditur, nec nõ ex poetæ conſilio ad populum refertur, ꝗ ſecus
atq; antiquorum conſuetudo tenuit ſcripſerit.

Si unquam. Adiurat ſpectatores erudite atq; affabiliter per id q̊d
eos pellicere potuit, inuitat em̃ ad amœnitatẽ remq; ludicram. Scimus Ludi
populũ Romanum ludis adeo refectũ a munerariis quondã, ut pro illis
ſuffragia uenditaret, ſic Satyricus. Iampridem ex q̊ ſuffragia nulli. Ven
dimus. Paulus oroſius inter Sodomã atq; urbem Romam diſcernẽs po
pulum Romanũ libere ſcribit exclamaſſe nihil romæ gotthorum enſes
ægiſſe, ſi reciperet circum, Hic animaduertendũ. Ludos uoluptatis gra
tia maiores inſtituiſſe Victruuius eſt auctor li.v. de architectonica non
ſolum honoris in deos immortales. Frequentiſſima ludorum apud ſcri
ptores fit mentio, Tu Herodotum in vrania. Ioſephũ li. anti.xvi. Stati.
li.vi. Plinium li.xix. Plutar. in Timeleone inuiſe. Circenſi ſpectaculo Ro
ma diu contenta ludos demum theatrales admiſit, p̃textu colendi de-
os immortales, hos etiam ſcænicos uocamus. Quorũ originem Vale.
Max. li.ii. memorat, legimus Tiberii tp̃a calamitate publica fuiſſe inſi- Iocus
gnita. Nam caſu theatri xx. millia hominum interierunt. Ad iocum.
M. Cicero iocũ admittit modo liberalis ſit, Ariſtoteles ſubſcribit lib.iiii.
ethicorũ ubi neceſſarium eſſe hominibꝰ iocũm ediſſerit, uelut fomentũ
labore defagitatis, Iocus ioci & ioca pluratiue dici grammatici ſunt au Iocari
ctores Phocas. Sergius. Seruius. Inde eſt iocari q̊d uerbum res nugatori Ludus
as agere ſignificat. Eſt aũt iocus quo in oratione riſum mouemus. Quin Fingere
tilia. de ridiculis, ſicut ludus in facto, cõfundunt̃ ſæpiſſime. Iocari Ca Mentiri
tullꝰ in fletu paſſeris pro ludere poſuit. Iocus a poetis filius deę Veneris
fingitur, non mentit̃. Nam ſi figurã tolles, quantũ relinquas in ſacra ſcri
ptura nõ ſcio, legitur Pythagoras riſu faceciis & ioco abſtinuiſſe. De io
cis plura Macrobi. in ſatur. Ludicræ rei. uoluptatis plenæ facili &
dignæ ludo, Vir. Nec em̃ leuia aut ludicra petũtur. Catul. quos hama-
dryades deæ ludicrũ ſibi roſcido nutriunt. Ludicrũ pro leui Marcellus.

accipit. Seruius pro uili. Cornelius Tacitus pro ludo, ait enim Nerone quartū Corn. Cosso. Coss. quinquennale ludicrū institutum est ad morem græci certaminis. Aures præbuistis. Attenti fuistis. metaphora Terentius. Arrige aures Pamphile. In hac noui. attentos facimus auditores cum de rebus nouis dicturos pollicebimur. Obsecro. attentos itidem habebimus si ut attēti esse uelint rogabimus, partes igitur exordii hic prologus agit. Obsecrare enixius rogare significat. Nam proprie a sacris opem petere obsecrare est. Festus. Oramus inquit Donatus placidos. Sed iratos obsecramus. Poetæ noui. De poetis mox infra disputaciunculā inchoabimus. Fabula. Cice. uolumine. i. rhetoricorū nouorū (si Hieronymo credimus hanc esse Ciceronis artem) abunde finiuit descripsitq; fabulā, quidam Mercurii existimant inuentū. Fabularum secretas rationes mythici rimant̄. Aristoteles dicit ex miris fabulā constare. Fabulam Hermogenes ita finiuit, est oratio ficta uerisimili dispositione imaginē exhibens ueritatis, hęc uerba pensitabis lector, & fabulas lectitando, poetas mendacii minime coargues, q̄d uecors, iners et illiterata multitudo in horas & in dies uociferatur. Fabulā oratores primam pueris tradere solent, ut animos eorum adhuc molles ad meliores facile uias instituant uitę. Fabula utitur & orator ipse inter exempla. Fabula nomen est sono diminutiuū quæ græci τὰ δράματα latini fabulas quasi factibulas a faciendo uocant. Nam & agi fabula nō referri dicitur. Fabula uti an deceat ueri professorem philosophū apud Macrobium libro primo de somnio Scipionis legatur, & rem significat fabula uehementer diuulgatā. Ab apologo hoc differt, q insuper allegorice aliquid continet, apologus ad uitā moresq; pertinens ut sunt Esopi lepidissimi. Dignemini. uerbū dignari significat dignum & habere et iudicare. Vir. Coniugio Anchisa ueneris dignate superbo. Dignorare aliud, significat aūt signa imponere uelut in pecoribus cernere licet. Antea. Inter cōposita ponit aduerbia, ab ante compositū, q̄d & ipsum casu carens aduerbiascit, significat aūt antea q̄d apud grecos πρότερον .i. prius. Nō hic erit lasciuię. Probat attētos esse debere, qm̄ hic nō sint lasciuiæ meretricię, quæ plus oblectāt q̄ psint. Volūt em̄ aut delectare aut pdesse poetę. Aut tristi senū. id est parētū in filios seueritatis repsentatio. Lasciuię. lubricę molli & ociosæ licentię. Tristi curę. ab affectu cura tristis dicit̄, qa q̄d cor urit tristē facit, uel senes morbidi & ob id tristes. Neuius seniū sonticū appellat, q̄si nocēs, & ut inquit Aristote. naturalis morbus est, Apollodori celebrat̄ sentētia τὸ γῆρας αὐτὸ νόσημα, Teren. transtulit cū ait, Senectus ipsa morbus est. Et idoneo epitheto senectutis usus est poeta Virgilius. Subeunt morbi tristisq; senectus. Duo esse scribunt auctores quibus corporis uires minuunt̄ morbus & senectus. Seruius ait in commētario undecimo. Senectā ætatem dici Salustiū citans. Iuuenalis incōmoda senectutis paucula colligit, cuius sors dura, Vir. li. vi. in uestibulo inferorū tristem scribit habitare senectutem

Obsecro
Oro

Dignus
Dignoro
antea

Cura

Sed histrionum exercitus. Ludionum greges. Translatio festiua cũ Exercitus
de militum copiis dicatur exercitus. In translatione quæritur ne dura
neq; dissimilis sit, hæc nõ tam mollis q̃ ornatissima. Teren. Iam dimitto
exercitum histrionũ. Vale. Max. li. ii. meminit in origine ludorũ qui lu- Ludii
dii dicunt & ludiones & ludiæ fœminæ artem ludicrã exercentes. Mar Ludiones
tialis. Hermes cura laborq; ludiarũ. Scommata. Inuitabiles ioci ama Ludię
rulenta urbanitate. Faceciarum duo sunt gña unum re, alterũ dicto tra Scomma
ctatur, quod dictum Cicero. Pomponius dicterium uocari docet, cum Faceciarũ
ridiculũ dicto exequimur, Idq; bifariam partimur in ledoriã & scom- genera
ma, quib⁹ uocabula romana Macrobius inueniri negat, nisi forte ledo
riam dicas reprehensionem ad contumeliam. Scomma uero morsum
figuratum. Histrionum exercitus. Elegãtissime translatum. Sic Plautus
in Asinaria. Hæ nunc legiones, copiæ exercitusq; furum.

Nam Buttubatta reppperisse creditur
Caluariam cuiusdam anilis Sergii
Qui erat Mahometi magister primitus
Quo Sergius fit nomen huic comœdiæ.

Nam Buttubatta. Prologus argumenti recitaciũcula spectatoribus
consulere debet ex officio. Plautus id custodiuit in Menechmis. Teren.
sibi nõ licuisse cõquerit. Osores quibus poeta noster humaniss. responde
ret non habuit. Sane sciendũ. Nã particulã aut subiunctiuã esse superiori Nam
dicto, aut anastrophen ut q̊dnam. Buttubatta nomen est inepti leuis & Buttubatta
nugatoris hoc est nullius dignationis auctore Neuio. Repperisse. p li ta
teram in uerbo repperi geminamus, ut stet carmẽ. Ausonius uno tetra
sticho & geminando produxit, & detrahendo corripuit. Creditur. id
est putatur. Terentius in adel. Nuper credo iam omniũ pudebat. Ca l Caluaria
uariam. Os capitis superi⁹ caluaria nuncupatur. Apuleius meminit li.
iii. metamor. Caper grammaticus caluam uel cranion uocat. Celius &
Varro caluariã. Liuius. Caluã auro cælauerũt. Arthemon ex caluaria
interfecti hominis igneq; cremati propinauit aquã e fonte noctu comi
cialibus morbis. Corne. Celsus li. viii. Plinius terram ex caluaria psilo-
trum esse (hoc est medicamentũ depilatoriũ) palpebrarũ, dimidiã capi
tis partẽ dolentes hemicranea morbo laborare dicunt, quemadmodũ Hemicranea
cephalea qua totum caput infestatur. Anilis. Vetuli sordiduli deno-
minatiuũ ab anu. Vir. li. vii. In uult⁹ sese trãsformat aniles. Mahometi, Cephalea
hoĩs in legem nostram impurissimi, de quo mox inferius. Sergii. Le
gimus de Sergio quodam hæresiarcha, qui acephalorũ hæresim instau Sergius
rauit. malus magister & moderator turpissimo discipulo facile p̃cepit,
& hæreticus hæretico præceptori facile auscultauit. Nam si malum ma
lo addideris, facies symbolũ. Magister moderator, rector, a magistrã
do. Festus. Virgili⁹. pecorisq; magistris. Primitus. i. primus. Lucil. lib. v.

Quo, quare, Teren. in an. Quo æquior ſum Pamphilo, & alibi. hãc ſimulant parere quo Chremetem abſterreant. Nomen comœdiæ, Omnia comœdiarũ ſcripta ex quattuor rebus omnino ſumuntur. Nomine ut Phormio. Ecyra. Curculio. Epidic⁹. Loco ut Andria. Leucadia Brunduſina. Facto ut Eunuchus, aſinaria, captiui. Euentu ut Commorientes, crimen. Heautontimorumenos. Prologus nomen comœdię indicare debet, ſi argumentum recitat. Plautus identidem facit in aſinaria.

Ex q̃bus reb⁹ ſumãtur noĩa comœdiarũ

Fatetur ipſe ſcriptor antiquis ſecus
Fuiſſe conſuetudinem ſimul & nouis
Q̃ ſcripſerint illi trimetro & tetrametro
At hi ſoluta oratione licentius.
Ambobus exceſſit uia nuperrimus
Hic ille noſter, nanq̃ in omnibus unico
Genere uſus eſt, quod paucitas facit actuum
Breuitate temporis coacta februi.

Fatetur. Purgat antiqui comicorũ moris omiſſionem, ꝙ ſecus atq̃ aliis hactenus conſuetudo fuit ipſe comœdiam ſcripſerit, unica dumtaxat uſus metri qualitate. Differentiam longe uaniſſimã grãmatici circumferunt, aiunt em̃ coactum fateri, confiteri aũt ultroneũ. Seruius auctor in buco. ii. æenei. & li. iiii. & in tertio cõmentario. Verſus eſt apud Ciceronem pro A. Cecinna hanc differentiã refellens & labefactans & ꝓ Manilio inquit, hoc ego non ſolum confiteor uerũ etiam profiteor. Ex dictis M. Tullii deprehendimus. Fateri eſſe ſpontanei affirmatoris. Cõfiteri quoquo modo coacti. Catul. in epithalamio parcarũ. Illius egregias uirtutes claraq̃ facta. Sepe fatebũtur gnatorum in funere matres, & Ouidius lib. maioris ix. Vel ſi pudor ora tenebat. Litera cælatos arcana fatebitur ignes, a fateor Priſcia. confiteri deriuat li. viii. q̃d a uocalem in i mutat compoſitum. Scriptor. Poeta carminis auctor & conditor. Scriptores poetæ uocantur. Horatius. Troiani belli ſcriptorẽ, & ſcribere uerbum eſt, q̃d ad auctores conditoreſq̃ librorũ referẽ. Vulgus perperam ſcriptores nominat, quos librarios dicere deberet, deſcribere & excribere eſt exempla tranſferre. Antiquis, ueteribus magnis & doctis, hęc em̃ omnia ſignificat antiquus. Inde antiquarius uocũ exoletarũ aucupator nimiſq̃ priſcarũ. A Iuuenale fœmina antiquaria nuncupaẽ,

Fateri
Confiteri
Scriptores
Librarii
Antiquus
Antiquarius
Secus

Fuiſſe antiquis. Antiquos habuiſſe. Vir. Eſt mihi diſparibus &c. Varro morem inueteratam conſuetudinẽ uocauit. Vir. li. vii. Mos eſt heſperio in latio. Nouis. recentioribus. Secus fuiſſe Aduerbium negandi ſecus diſcretiuam ſignificationẽ continet. Priſcia. li. xv. Q̃ ſcripſerint. Oſtendit quo pacto ab antiquis nouus ſcriptor deſciuerit genere

& qualitate carminis. Trimetro & tetrametro. Miratur Priſcianus
quoſdam uel abnegare eſſe in Terentii comœdiis metra, uel ea quaſi
arcana q̃dã & ab oĩbus doctis ſemota ſibi ſolis ſcriptorib⁹ cognita cõ
firmare. Quorũ ut uel imperitiæ uel arrogantiæ uitiũ effugiamus bre-
uiter de ſupradictis metris auctorum exponamus &c. quę apud eundẽ
Priſci. tute comperies, ubi hexametros & pentametros uerſus in comœ
diis perdocet. Dicunť aũt trimetri tetrametri ue, qui aut ſex aut octo pe
dibus conſtant, quemadmodũ monometri qui ex duobus. Tritiſſima
ſunt hęc & uulgaria traditione iamiam nimis obuia. Nam metrica me
tricam parit. At hi. Hoc eſt recentiores, qui confuſione uerſus comi
ci fecerũt catametros frequẽtiores, auctor eſt Ruffinus. Soluta orõne.
ſolutiore nõ prorſus ſoluta lege metrica, Nam & orator pedib⁹ orati
onẽ ſuam q̃ pedeſtris diciť conſtringit. Et Diomedes de oratoriis pedi
bus longã inſtituit diſſertationẽ, Nec M. Cicero a pedibus oratorem Oratio pe-
abſoluit, ubi inquit, Finitimũ oratori poetã eſſe, licentia uerborũ paulo deſtris
ſolutiorẽ &c. quæ de oratore li. i. inuenies, Iſocratis eſſe inuentũ uerbis
ſolutis numeros adiũgere, & de orationis pedibus idẽ uolumine tertio.
Oratione, Donatus, Seruius & cæteri grãmaticorũ primarii de ine-
pto etymo noĩs illius arguuntur, ꝙ orationẽ quaſi oris rationem dixe
rint, Cui aſtipulanť Varro latinarũ literarum facile princeps & Scau-
rus & Diomedes, Licentius. liberius ſoluti⁹. Ambobus nuperrim⁹,
.i. ceſſit ambobus, Nuperrimus .i. recentior. Exceſſit uia .i. ex uia ceſſit
antiq̊rũ, Exceſſit uia honeſta eſt locutio, Vir. Et nota excedo regione ui
arũ. Verbũ Egredior quoq; in eadẽ honeſtate & elegãtia caſui cõſtrui
tur auferẽdi, Vir. Eſt urbe egreſſis tumulus. Hic ille. Priſcian⁹ figurate
dicit alia ꝓnomina perſonis ſubiungi diuerſis ἐπιſαγαμαтικῶσ id eſt
appoſitiue, ſed aptiſſime cũ ꝓnomine ipſe hoc fieri probat libro mino-
ris ſecundo. Nanq;. probat hunc noſtrũ a conſueto more digreſſum,
Et eſt nanq; particula cauſalis, quæ cauſam antecedentis oſtendit, Vir.
Nanq; tibi diuum pater atq; hominũ rex, Priſcianus libro xv. In om̃i-
bus, uerſibus Vnico eſt genere uſus. Omnes uerſiculos eiuſdẽ generis
effecit. Nam gen⁹ qualitatẽ ſignificat nõnunq̃ Victorino teſte. Actuũ
paucitas. Tribus enim actibus comœdia præſens abſoluitur, cũ cæte Actus præ
rę quinq; cõſtent, q̊rũ primus argumẽtũ explicat. Secũdus iã ceptã rem ſentis co-
ad finẽ deducere cupit. Tertius rei cõcupitę deſperationẽ affert. Quar- mœdię
tus remedio ſuccurrit interuẽienti malo. Quintus ad optatũ exitũ cun Chorus
cta perducit. Chorus q in ueteri comœdia diſcrimen fecerat actuũ, a no
ua excludiť fabula, difficilimũ igitur ut ſcribit Donatus eſt deprehẽdere
in ea actuũ interualla. Coacta. adacta, conſtricta. Tẽporibus februi.
brumalis. Nam februus menſis bruma continetur, a purgando dictus,
quo menſe quondam mulieres februabantur a lupercis amiculo iuno- Februus
nis id eſt pelle caprina, Ouidius. Februa romani dixere piamina patres.

Nūc uos petit fauere ineptitudini.
Si ſenſerit placuiſſe primicias ſuas
Faciet deinceps integras comœdias.

Nunc uos petit. Ad auditores conuertit̃,a quibus fauorem captat quaſi dicat,poeta quidem hoc modo rem ſuam expediuit,ueſtrum erit officiū fauere .i.ſilere,Feſtus Fauere inquit eſt bona fari,ſed ueteres poetæ pro ſilere ſunt uſi,Fauere ſcribit Seneca, quotiens ſacrarum literarum interuenerit mentio non ut plæriꝗ exiſtimant a fauore trahitur, ſed imperatur ſilentium ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepente.Nam ueteres pythagoreos non deorū ſolum uoces ſed etiam hominum obſeruaſſe ſcribit Cicero,quæ uocant omina,hæc maiores noſtri quia ualere cenſebant,iccirco omnibus rebus agendis,ꝙ bonum fauſtū fœlix fortunatūꝗ eſſet præfabantur, rebuſꝗ diuinis quę publice fierent ut fauerent linguis imperabatur, Vnde Annibal ad uxorem quam reliquerat in litore carthaginenſiū,abiturus ait. Ominibus parce & lachrymis fidiſſima coniunx,Sili.li.iii.punicorū & Virgi. Primiſꝗ iugurat ominibus,Idem li.v.Ore fauete omnes,&c. Ineptitudini. Ineptiis. Primitias. primū in ea re laboris ſui fructum,a primo trahunt̃ primicię genere muliebri pluratiue tantū enunciatæ Priſcian⁹ & Diomedes auctores ſunt,proprie dicūtur primę diis immortalibus oblatę fruges,cęterum pro primo cuiuſlibet rei libamine auctores uſurpant.Statius libro xi.Hei mihi primicias armorum. Integras. perfectas,totas,quinꝗ actibus conſtantes,maiuſculas & quibus deſit nihil.

Fauere

ACTVS PRIMVS
HELVO

c Vm me & meos contemptor a natalibus
Patrem,patrimū,proauos,tritauos,auos.
Abauos,itēꝗ atauos,omnē hāc ꝗ germinis
Congerminationem,& hunc noſtræ domus
Splendorem,abuſꝗ maxumis patruis meis.
Grates habendum mihi duabus eſt deis
Iunoni & eius aſſeclæ primiperæ
Lucinæ,ob id ꝙ ea parentela ſatus
Quæ ſit notatiſſimaꝗ famoſiſſimaꝗ
Ex heluonibus heluo haud ſpurius ſiem.

In hac prothesi non quę argumentũ narret πρoταтικὸν πρoσώπων.i. aduenticia persona introducit (Cũ prologus auditorẽ argumenti reci tatione instruxerit) q̃d apud Terentiũ frequẽtius cõperies, sed qui ludũ aliqñ auspicet Heluo, cui sermonẽ in comicis salibus mire delectantem ex habitu, ætate & officio poeta decẽtissime tribuit, lege personę nõ mi nus arcte custodita, Verũ meminisse oportet de noĩbus personarũ in comœdiis ratione & etymologia nõ carentibus. Absurdũ est eñ comi cũ poetã nomen personæ incongruũ indere, uel officiũ q̃d sit a nomine diuersum. Et huic nostro nomen est Heluoni, q̃ uox edacem uoratorem & manducone significat, qua dictione uocat, q non assulatim bona sua sed prodigaliter intẽperanterq; in eduliis cibisq; lauticiis misere amolit atq; absorbet, ab heluando, q̃d uerbum roborat soni uegetioris spiritu Catul. in C. Cæsarẽ an parũ heluatus est, Exquisitas heluonũ delicias, Varro in satyra περὶ ἐλλεσμάτων.i. de ferculis & eduliis lepide sciteq; cõprehendit, Veteres leges in eos accipimus animaduertisse, qui in pa trimoniis amplis heluantes, familiam pecuniãq; suam prandiorũ gur gitibus proluissent, auctore Atteio Capitone, Celebrat⁹ est Lucilii uer siculus, Viuite lurchones comedones uiuite uentres, ubi uentres (si Do nato fidem habemus) pro parasitis edacibus posuit, quorum deus ven ter est, Cum me & meos. Nimium graphice nugatur hic parasitus tres cuius sermoni uitæq; nomen inditum penitus quadrat, Oratiũcula bre ui ꝓponit, quorũ meminisse uelit, Secum ipse, Solitudo est quæ ad se re dire facit hominem, a salibus tamen comicis non recedit, quibus mirifi ce spectatores oblectat, sibi congratulando, ꝙ maiorum splendore vel studio nequaquam desciuerit & degenerauerit, id ipsum paruis com probat argumentis, ab attributo personæ scilicet & generis, Nam simi les parentibus plærunq; filii creduntur, ait itaq; Cum me contem plor. conspicor intueor inspicio, Verbum a templo tractum id est lo co qui undiq; aspici uel ex quo omnis pars uideri potest, Festus. Na talibus, claritudine natalium a generis nobilitate, Natales numero multitudinis pro generis nobilitate accipimus, Apuleius, Erat in proxi ma ciuitate iuuenis natalibus prenobilis, Sunt tamen τῶν μέσων. Nam laudamus natales ut honestos, infamamus ut sordidos, Plinius iunior in tertio epistolarum, Titulus est apud iuris consultos de natalibus resti tuendis, quo euidenter ostenditur eum qui natalibus restitutus sit, uti iu re ingenuitatis, tanquam nomine natalium ingenuitas ipsa significetur, Natalia significare quod natalis uolunt grammatici, qui est dies natali cius, & utrunq; conuersum in substantiuum ab adiectiuo Donatus re clamat in Phormione, & ad Virgilianum illud, meus est natalis Iolla respondet, Virgilium personæ seruiuisse rusticę, cui non addiderit dies Teren. Vbi erat puere natalis dies, Donato suffragat Plau. in captiuis, ingt eñ quia mihi est natalis dies, Hũc ego poetã latinę linguæ delicias

Noĩa personarũ in comœdiis

Heluo

Heluare

Lurcho

nes comedones Vẽ

Solitudo

Cõteplor

Templum

Natales

Ratio — pluris fecerim quam omnes grammatiſtarũ finitiones rancidas & fetu
Auctoritas — tinas. Auctoritas em̃ ſummorũ in eloquentia uirorum pro ratione ha-
Patrimus — benda eſt & ad eam ueluti ad anchoram confugiendum. Patrem pa
Proaui — trimum. Is eſt patrimus qui cum ipe pater ſit adhuc alium habet patrẽ
Tritaui — in uita. Proauos. dicti ſũt proaui quaſi prope auos. Tritauos quaſi
Stritauus — tetrauos, quia quartus ab auo tritauus eſt, quem uetuſtiores ſtritauũ di
Ataui — xere, forte ea cõſuetudine, qua ſtlatum pro lato, ſtlocum pro loco & ſtli
tem pro lite. Atauos. dictus eſt atauus, quia ata id eſt pater eſt aui,
uti pueri ſolent uſurpare. Auorum nomen Feſtus tribus inquirit ori
ginibus. Aliorum eſt ſententia auũ ab æuo deriuari, ꝙ patre ſit antiqor
Patrem uero a patefaciendo, ꝙ ſemen ſuum patefaciat, uel a patrando.
Nam patrare eſt operam liberis dare, ſancte & honeſte apud antiquos
dictum uerbum auctore Quintiliano. Inde Saluſtiũ irrideri ꝙ patrare
Abauus — bellum dixerit. Abauum. ꝙ iam procul ſit ab ipſo auo. Germinis
Germen — congerminationem. ſtirpis generiſq; noſtri ſeriem atq; propaginẽ. Ve
German — lut regia prognatus ſtirpe, omnẽ ſanguinis ſui lineã exactiſſime ſuppu-
cõgermina tio — tat. Ex arborum ſurculis germen naſcitur, unde germani ꝙ ex eadem
ſint ſtirpe geniti. Feſtus, & cõgerminatio cognatio mutuaq; ſanguinis
Frater germanus — connexio. Veteres ſoliti ſunt dicere fratrem germanum, ꝙ plus ſit fra-
ter germanus quã fratrem ſi quis ſolũ dicat. Terentius, Si te in germani
Germana ſoror — fratris dilexi loco. Plautus in Captiuis, intus eccum fratrem germanum
tuum, & in Aulularia ut æquũ eſt germanã ſororẽ, Et hunc noſtrę do
Iactanticulus — mus ſplendorẽ, hunc ait ſplendorem uelut iactanticulus ſuperbe ſatis,
q. d. rarum in una familia tm̃ & tam celebre decus, cum in genere meo,
tum præſertim in me ſplendidũ, mihi itaq; in primis habenda eſt gratia
Domus — diis immortalibus, ꝙ a claritudine parentũ non degenerauerim. Do-
Abſuq; — mus. Familiæ. Vir. Hic domus Æneæ cunctis dominabit oris. Splẽdor
ad amplitudinẽ pertinet honoris. Vocabulũ in M. Cicerone uulgariter
Aduſq; — ubiq; obuiũ atq; tritiſſimũ. Abuſq;. uſq; ab aduerbiũ de loco. Nam
cum præpoſitio præpoſitioni nunq̃ cohæreat, abuſq; & aduſq; licenter
ſunt admiſſa, Apuleius. Aduſq; confiniũ ceruicis. Certum eſt tñ præpo
Deſurſum — ſitiones aduerbiis iungi per compoſitionẽ. Nam ſeparatim nequeũt. Er
go deſurſum, deſubito derepente exinde dehinc amane abhinc poſt-
Maxumus — hac antehac deimprouiſo, ubicũq; legimus ſub uno accentu accipiam⁹,
Patruus — deſubito tñ apud Plautũ in captiuis perperã legi uidetur. Maxumis pa
Maior patruus — truis, non ſolum maioribus ſed maxumis, ut longiſſime repetat & per
latera ſplendorem ſanguinis protẽdat. Patruũ patris fratrem uocamus
Maiorẽ patruum aui & auiæ patruum dicimus, hic a maxumis exorſa
Carnufex — texit, iucunda facecia, maxumis antique dixit, quam rem cognatio ex-
Peſſumus — cuſat uocalium i & u Priſcia. eſt auctor, unde carnufex, lubens & peſſu-
mus ueteres dixerunt, Quintilia. li. inſtitu. i. per C. Cæſarem artis gram
maticę doctiſſimũ u in i quibuſdã in dictionibus traductũ fuiſſe memo

rat.Et Plautus in Captiuis planiſſume pro planiſſime,& alibi.Sartor ſa Planiſſum⁹
torq; ſcelerum & meſſor maxume, Grates habendum, Mirum eſt Grates
hiſtrionibus etiam gratitudinẽ ineſſe.Sed ad ſe rediit ut ſupra diximus
ſequeſtrata complicũ ſodalitate.Grates dicũtur genere muliebri tm̃ &
pluratiue Diomede auctore,habere grates agere et referre,quid differãt
plurifariam apud elegantiarũ ſcriptores uidere licet,Sed habendũ gra
tes dixit,hanc rem defugere non oportet ne barbaſculo cuidam grãma
tiſtæ ſolœciſmus uideret̃,Verbum hoc habendũ non ad grates refert̃
ſicut temere & incurioſe legentibus apparet,neq; pro participio poſitũ
ſed indefinitum eſt,quod græci ἀπαρέμφατον appellant,nec numeris Indefinitũ
neq; generibus præſeruiens,undiq; liberum & impromiſcuũ,Cicero in
Verrem hanc ſibi rem pręſidio ſperant futurum.Et in libro Valerii An
ciatis,Aruſpices dixerũt omnia ex ſententia proceſſurũ. Duabus deis
Recte,nam diis per ſynæreſim dixiſſet & uerſus nõ ſtetiſſet,Luca.in.vi. Diis
Pharſalię.O utinã cœliq; deis,Priſcia.li.vii.de caſu dandi ſecundi ordi Deis
nis.Dicimus deis analogice ſed diſcernendi ſexus gratia contra rationẽ
atq; analogiam deabus dicitur. Iunoni & eius aſſeclæ. Iunonis ſoci- Socigena
genę lucinam facit aſſeclam.Seruius eandem putat Iunonẽ ac lucinam Iuno
Quod & Terentiũ ſenſiſſe exiſtimat in andria.M.Cicero a iuuando Iu Lucina
nonis nomen trahit,Cui Varro conſentit,Cęteri ſcriptores quaſi Iano
nem id eſt ianuam,ꝙ quaſi portas matrum natis pandat & nubentiũ
matris lucinam a luco Martis.Ouidi.dictam opinat̃.Macro.li.vii.plu-
ra,Iunoni lucinam apte coniunxit uelut aſſeclã,aut quia connubia præ
cedunt,quibus pręeſt Iuno pronuba & lucina ſequitur id eſt partus per
quem infans in lucem prodit,Vel ꝙ parentibus qui opitulantur,pręſto Aſſę
adeſſe oportet ſemper,unde aſſas nutrices & aſſeclas uocitatas legim⁹, Aſſecla
Inuocantur aũt geminę in partu,poſcitur em̃ & naſcentis & parturiẽtis Primipera
ſalus. Primiperæ. compoſitũ ſicut puerpera,Plini.li.viii.Primiperæ Puerpera.
primariæ principiſq; parientiũ,Feſtus præeſſe parientibus uenerẽ dicit
Ob id, cauſam ediſſertaturus q̃obrem tantopere gratificet̃ principi
bus deabus. Q; ea parentela, a parentibus quos utriuſq; ſexus acci
pere debemus Vlpiano teſte parentela fit uſurpatione.Iulius Capitoli- Parentela
nus.Cauſa inquit eloquentię dignũ parentela ſua putauit, Notatiſſ.fa Notati
moſiſſim⁹.utrũq; uocabulũ utroq; uerſũ capi poteſt in bonã & in malã Famoſi
partem.Apuleius uolumine xi.metamor.Famoſum cũ laude & in bo Famigera
nam partem uſurpat,& Cicero in oratione aduerſus Valeriũ,Firmicus tores
quoq; maternus in ii.matheſeos,& Plinius in epiſto.In malã partẽ.Cice
ro li.ii.de oratore.Nam me ad famoſas uetuit mater accedere,Famige-
rabilis pro claro & inclyto,Apuleio auctore lib.ii.Famigeratores uero
in malã partẽ dicũt̃.Plaut⁹ in trinũmo. Ex heluonibus heluo, optime
Nam ut Columella ſcribit,nihil dubium eſt quin ipſa natura ſobolem
matri ſimilem eſſe uoluerit,& parentum notæ plærunq; natis inhærent.

Spurius
Nothus
Mamzer
Fauonii

Cui ſententiæ Satyricus alludit. Q ñquidem & ſimilē tibi ſe nō corpore tm̄, Nec uultu dederat morum q̊q; filius. Hora. Fortes creātur fortibus Spurius. græce nothus. Sed differre inter ſpuriū uolunt & nothū, ita ut ſpurius de patre ignobili gignaꝛ. Nothus uero materno ex gn̄e ignobilis. Spurium ſacræ literę mamzerē uocant dictione hebręa. Deuteronomii capite xxiii. a zar q̊d alienum ſignificat. Spurius ἀπὸ τοῦ σπόρου hoc eſt ſemine uel a muliebri natura, aut potius a latina dictione ſpurco & immūdo, qui & fauonii, ꝙ incerto ſint patre. Siem. pro ſim comicū

Equidem patritos imitor mores, bibo
Rebibo, uoro, deuoro, quod omnes aſſolent
Cognomines nati meis maioribus.
Plus tamen ego ipſe cæteris ingurgito
Et heluor, quare heluo eſt nomen mihi.

Patritus
Auitus
Re
Bibax
Biboſus
Bibeſia
Peredia
Vinum
De
Aſſolēt
Cognomines
Ingurgito
Heluor
Eſt mihi nomen heluo

Equidem, Morum ſtudiiq; factis uſu atq; imitatione ſimilitudine probat ſe a parentū ſemine nequaq̄ degenerauiſſe, & a perſonæ attributo, ſtudio ſcilicet. Equidem, ego quidem. Patritos, patrios, Cice. in tuſ. quæſti. Patritā illam & auitā (ut ait Theophraſtus) philoſophiā. Bibo rebibo. Re particula eſt iteratiua. Hora. large repotes atq; benignus, nonnunq̄ abundaſiat, ut renuncio pro nuncio, Vir. Reſtitit Æneas, Cicero, renunciaꝛ mihi. Eſt & ubi re in cōpoſitione cōtrariū ſignificat. Hora. Dum mihi ſias recantatis amica. i. in contrariū cantatis, Bibacem & biboſum ſe oſtendit ex bibeſia, qua dictione ueteres cupiditatē bibendi ſignificari uoluerunt, quemadmodū peredia edendi. Bibo rebibo. recte iterat, nam dulce eſt bibere, ſed turpiſſimū fieri ebriū. Plautus de uino, pedes captat primo luctator doloſus. Teren. Vicit me uinum. Exultanti cuidam ꝙ multum bibens non inebriaretur. Iſocrates reſpondit, hoc etiam mulus facit. Voro deuoro. de auget ut dehiſcere, deſpretus id eſt ualde ſpretus. Seruius particulā de, alias minuere, alias augere docet. Aſſolēt. inſueſcūt multū ſolēt & ſæpe. Cognomines. eiuſdem ſtudii & officii homines meiq; ſimilimi combibones & manducones. Plus tamen. Exors a ſpuriorum genere, quod ſui comparatione ſordidum exiſtimauit. Nūc ſe præſtare docet ex eadē proſapia prognatis, ex officii opera longe cæteris uoratoribus uehemētiore. Ingurgito auidius haurio et quaſi in gurgitē atq; uoraginem immitto. Apule. Nil quicq̄ rei quā merū ſeuienti uentri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Heluor. Voro abſumo, immoderate deſorbeo, heluationē gręci ἀσωτίαν uocant, uerbi illius M. Cicero in Piſonem meminit. Nomen eſt mihi heluo. id eſt popinoni tabernario & ganeoni, dixit heluo in caſu recto. Mercurius Plautinus ſibi eſſe ait nomen Mercurii in caſu patrio, Priſcianus de conſtructione hanc clauſulā nomen eſt mihi, cū omi fere caſu ſtare poſſe plane edocet. Plau. in aſina. huic nomē gręce onagoſt fabulę.

Vbi quid est uini, si eius copia est
Haud cesso quousq; totus est gurgulio
Pregnans ab imo & trans gulam, sin paucitas
Vel lambo uel lingo, dum odor sagax olet.

Vbi quid est uini. Intemperantiã uini Androcydes sapiẽtia clarus Alexandro macedo. regi interdixit hisce uerbis. Vinum potaturus rex memento te bibere sanguinem terrę. Cicuta homini uenenũ est, cicutæ uinum, cui interdicto Alexander non paruit, legimus Cyrenæum Lacydem ex immodica uini potione correptum paralysi expirasse. Vini usus Antisthenes philosophus de uini usu uolumen reliquit, nec nõ de ebrietate, Inter quæstiones tres a Dario histaspis filio propositas Vini est fortitudo Esræ li.iii.ca.iii. & li.iiii. & in antiquitatibus Iose. li.xi.ca.iiii. Luxuriosa res inquit Sapiens est uinum & tumultuosa ebrietas &c. Crapulam si uoles sedare ante cęnam esto brassicã crudam ex aceto, bibesq; deinde quantũ uoles, eritq; tãq̃ nihil biberis, Auctores sunt Cato & Aristote. Crapulam sedat Bacchũ triplicem uim possidere scribit Esopus τὴν μὲν πρώτην ἡδονῆς τὴν δὲ δευτέραν μέθης τὴν δὲ τρίτην ὕβρεως, hoc est primam quidem uoluptatis, secundam ebrietatis, tertiam furoris & insaniæ. Ex uino ait Plinius rerum omniũ obliuio est morsq; memoriæ. Vino sapientia obumbratur, ingeniũ obruitur, uigor animi impeditur. In hanc sententiã Gellius crebris inquit & ingẽtibus poculis omne ingeniũ ingurgitabat. Bacchi uis

Copia. id est abundantia, & exercitum significat singulariter quod græce ἑνικῶς dicitur. Salustius ex omni copia Catilinæ. Vir. lib. ii. æneid. Copia

Haud cesso. minime quiesco, haud per d scribi Caper præcipit, pro aduerbio negandi, sed pro coniũctione disiunctiua t litera terminat, sed nõ aspiratur sibi in capite. Cessat desidiosus, quiescit defessus, Donatus hoc modo inter illa differt uerba. Haud aut Cesso Quiesco Totus gurgulio. τρῶξ gręce dicit Sciendum duas esse fistulas quasi canaliculas a faucibus deorsum proficiscẽtes per quarum alteram delabuntur in stomachũ esculenta omĩa & potulenta. Ex quo cibalis dicta, per alteram spiritus a summo ore in pulmonem atq; inde rursum in os & in nares commeat, & per eandem uiam vocis quoq; fit meatus, a spiritu spiritalis hæc fistula noĩatur, quã gręci τραχεῖαν ἀρτηρίαν. Cornelius Celsus asperam uocat arteriam M. Varro in capite de capris & hedis. Lactantius in li. de opificio gurgulionem appellant. Dumq; uescimur ne intercludatur meatus animæ naturæ ope prouisũ, inter duas fistulas uti lingula sit epiglottis, a iunioribus nouo uocabulo sublinguiũ, sed ab idoneis minor lingua, q̃ inter edendũ bibẽdũq; operit tramitẽ spiritualẽ, ne cib⁹ angustiãs in eũdẽ deerret. Fistulæ Cibalis Spiritualis Aspera Gurgulio Epiglottis Subliguiũ Minor lingua

Pregnans. oppletus turgẽs grauidus, Pregnans proprie dicitur ante gnatũ uel ante genitricem, Teren. in an. abducta a uobis pregnans fue Pregnans

Prę rat filia, Nam prę etiã significat ante. Trans gulam. idest fistulã ciba
lem, quæ a Cornelio celso medicorũ latinissimo stomachus uocatur
Nam stomacho connectitur, Gulæ meminit Vlpianus Iuriscõ.ff.ad l.
Aquiliam, Sin paucitas. de ratione officii sui diuisim differit ut exa-
Stomach⁹ mussim & exactius instruat. Lambo uel lingo auide cõsumo alligu
rio, Mar. Varro a græco esse lingere putat, eo ꝙ illi λιγμάαθαι dicunt
Lingo Lambere & lingere tunc dicuntur cum aliquid lingua suauiter tangi-
mus, Hora. quę loca fabulosus lambit Idaspes, Vir. sydera lambit, Dũ
Lambo donec quamdiu. Sagax odor. pelliciẽs indagabilis pro libidine mea.

At non (ut est plærisq; mos) in abditis
Et solitariis locis aut specubus
Aut clam uiris penitissimo in quodam penu
Hoc indecorum hominiq; detestabile est.
Sed cum bonis natabus ac sodalibus
Consimilibus mei, atq; idem gnatonibus
Vt ego sum, eo hic quæro meos contribules
Parasiticos, prædonicam artem qui colunt
Offarum & amphorarum, ubi est merax merum
Qui aliquando delinitioribus iocis
Mentes furantur atq; sensus hominum.

At non ut est plærisq;. Accusat alios quare sibi ad gloriã suã laud
acccedere putat amplius. At nõ.s.heluor ego, Sane at copulatiua p-
At ticula ad ornatũ solum aliquando pertinet, Prisci. pro saltẽ uel aut p
fuisse latinos auctor est, Aduersatiuę potestatis cõiunctionem esse co
stat, quã gręci ἐμφατισματικῶς dicunt, Vir. At regina graui, Prisci. i
Plæri examine. Vt mos est plærisq;. parẽthesis.i.interpositio. Plærisq;
hoc nomen antiqui sine cõiunctione nõnunquam protulerunt, Cato i
.i.originũ, agrum quẽ Volsci habuerũt campestris plerus aborigini
fuit. In abditis & solitariis locis. idest angulatim quod auidissimori
est lurchonũ. Aut specubus, hæc dictio generis est incerti, Donatus
est auctor, & Prisci. alludit li. vi. ubi multis auctoritatibus genus tena-
ri nititur. Clam uiris .i. occultis locis segregatis semotisq; hominibus
Clam & Clam uiros dicere cum casu accusandi congruũ est, Terẽ. nec clam
te est, Plautus in captiuis, clam suũ patrem, Ab eo clanculũ & clamde
Clanculũ stinus deriuãt grammatici syllaba penacuta, Lucre. Et clãdestinis uo
Clamdesti litantia sępe figuris, item uolumine primo, Naturam clamdestinam cę
nus camq; adhibere, & alibi, Significant clãdestinos cæcosq; subesse, Tri

inquit Donatus sunt quibus res non rite agitur, vi, clam, & precario, & his tribus mala fide secundũ ius possidet. Penitissimo. intimo remotissimo secretissimoq;, dictio ab aduerbio penit⁹ inclinata, Apuleius, plane memineris & penita mente conditũ semp tenebis, Plautus, age quæso hercle usq; ex penitis faucibus. Cõparatiuo & superlatiuo utunt latini et politi scriptores, A. Gellius, lõgeq; ab orbe nostro in penitioribus ptib⁹ sequestratos, Idẽ Sidonius in carmine phalecio. Francorũ penitissimas paludes, Penu. Penario armarioq; in q̃ penus reponit, hic penus, hęc penus in quarto ordine, & hoc penus, oris in tertio ueteres dixerũt, qua dictione significant quę sunt esui apta auctore A. Gellio, esculenta et poculenta oĩa in usum totius anni q̃ nos proculcato tritoq; uocabulo cibaria nuncupamus. Horatius, portet frumenta penusq;. Sed pro cella conditoria hic posuit, Seruius multa li. æneí. i. Veteres promũ & condũ dixere q̃d nos cellarium uocitam⁹, uti luculẽter suauissimus p̃ceptor me⁹ Io. Reuchlin in rudimẽtis hebraicis scriptũ reliqt, q̃d opus mea sentẽtia literario senatu esse censeo dignissimum, q̃q; ego antiquius duxi nihil.

Hoc indecorum. turpe inhonestũ indecens. Græci τὸ πρέπον uocãt q̃d sit id q̃d decorũ nominamus M. Cicero de officiis uolumine. i. de temperãtia sermonẽ facturus abũde recitat. Homini histrioni & heluoni, q frontẽ omni uerecũdia deuestitam omniq; turpitudine solutã euirauit pertinacissime, Detestabile. abominabile & dignũ q̃d nostro testimonio abominemur, Hora. Bellaq; detestata matribus. Natabus. honeste dictũ, sed quia consimilibus mei subiũxit, manifestaria est intellectio Nata facit natab⁹ & natis, Plau. in sticho. Qui talis est de natis suis. Sodalibus. cõtubernalibus conuiuis, cõplicibus, q una sedeant ac edant, Vel q ex suo datis uescant, uel qa inuicem inter se suadent quid sit utile Cicero de oratore li. ii. Quod tñ eum defenderẽ qui mihi sodalis esset. Apuleius uolumine x. Asinũ suum uocat sodalẽ, q simul esitet, græce συσιτος & συσιτία sodalitas, & συσιτων conuiuii locus cõtuberniũ Sodalicii crimẽ in lege ambitus fuisse plectibile scribit M. Cicero in oratione pro Plancio. Meiq; consimilibus. .i. meis moribus nõ disparib⁹ iustissime dictum, Nam similitudo morũ ad amicitiã sociandã tenacissimum est glutinũ, & sicut boni mores probos, ita mali conciliant improbos. Vnde uerissime M. Tulli⁹ in Lelio, neq; boni improbis neq; improbi bonis amici esse possunt, cũ inter eos maxima sit morum studiorũq; distantia, recte itaq; Liuius malũ ait malo aptissimũ, Animalibus oĩbus Plato similitudinis esse inditã scribit intelligẽtiã, q̃ circa & q̃ sunt eiusdẽ gñis sentiunt. Sed q καὶ κέραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. i. Et figulus figulo succenset & fabro faber, Et medic⁹ medico inuidet & cãtor cãtori, ut Hesiodus inqt hoc fit tertii cuiusdã. i. lucri quæstusq; gratia. Hic sunt qui grãmaticorũ meminisse dicunt hesiodũ atq; ita se non esse grãmaticos plane cõfitet,

Vi
Clam
Precario
Penitus
Penus
Cellarium
Decorum
Nata
Sodales
Sodalitas
Similitudo morum
Figulus odit figulũ

Gnatones **Gnatonibus.** Exponit ipse significans quid per consimiles sui uelit ac
Eo cipi,Gnatonibus parasitis qualis est apud Teren.Gnato. Eo ideo. q̃ñ
cõsimilibus mei me soleo oblectare,quæro itaq; q̃s complices adhibeã:
Coniunctio causalis hoc loco,Prisci.de coniunctione li.xv.Inueniuntur
tñ nomina uel pronoĩa uel p̃positiões uel etiam aduerbia quæ loco cau
Cõtribules salium accipiunť coniunctionum. Contribules. scurras complices ali
osq; parasitos ex eadẽ tribu, sed penacuta proferť syllaba.Horati.& cũ
Tribulis palleolo soleas conuiua tribulis,Cicero in epi.ad C.Ticiũ L.Custodius
est tribulis municeps & familiaris meus. Parasiticos. comedones edo
nesq;,uox est græca παράσιτος ἀπὸ τοῦ σίτου.i.cibo dicta.Nam pa
Parasitus rasitus penacuta uoce latine proprie is dicitur qui cibi causa ridicula et
Parasitic⁹ dicit & facit uiuitq; ad alienũ nutum,quasi mus alienũ cibũ semp edẽs
Supparasi ut ait Plau.in capti.a quo parasiticus parasitatio & supparasitari Plauti
tari num uerbũ q̃d subseruire & subassentari significat, quale est officiũ pa
Scortum rasitorũ, qui cœnis inuocati adsunt,unde scorto sibi nomen indidisse iu
Edaces uentutẽ Plautinus conqueritur parasitus, q̃ esuriens uelut scortum &
pellicula ab oĩbus subigatur.In comœdiis edaces nõ inepto uocanť ad
Voratrina iectiuo,q̃rũ uoratrinã cum Terentius tũ Plau. explicat scitissime,Lucia
Arsparasi nus libellum reliquit de parasito, ubi docet artem esse parasiticã.Poeta
tica noster prędonicã appellat nõ immerito.Nam quicquid eius artis quęstu
Ars predo corradiť,prædę similimũ est.Iura canonica uetant illis dare,de simonia
nica c.Et si.in glo.vii.Prisci tñ parasitos λαιτυμόνους,quasi cõuiuas dixerũt.
Lucianus refert Patroclũ fuisse Achillis parasitũ & Merionẽ Idomenei
q̃s Homerus uocat θεράποντας quasi cultores & ministros parasitos ut
docet Suidas,uocať & κόλαξ græce & τραπεζόλοιχος & κρεασοτράπε
ζος & σελεμδοπώλκς.Ex quibus illud est scitissimũ τραπεζόλοιχος quasi
mensarũ liguritor.Sunt em̃ parasiti assectæ mensarũ lautiorũ cœnipetę
Cœnipetæ prandipetæ flagricibæ. Prædonicã artem. populatricẽ atq; alterius
Flagricibæ cibi inuasoriã,Predones sunt qui populandã alienã inuadunt prouinciã
Predones Vir.Perfidus alta petens abducta uirgine predo.Ars ista predonica le-
gitime diciť,utpote defamatissimi lucri.Quod iura putant ciuilia.ff. de
his qui notanť infamia. Colunt. id est exercent.Offarũ esculenta,cibo
Offa rum lau tiora quæ nostra non segniter ambit impudentia,offa offula et
in tertio gradu offella,q̃d apud Iuuenalẽ alterũ f abiicit.Saty.xi. frustis
imbutus ofellæ,frusta significat esculenta in quę caro concidiť,auctore
Columella,apud Suetoniũ in Claudio pro esca scitissimi saporis accipi
Amphora tur & fœtus imperfectus a poeta satyrico uocatur offa. Amphorarũ.
uasorũ capaciũ quod Horati.designat.Amphora cœpit institui curren
te rota,cur urceus exit,Remus fauinus amphorã suo metiť spacio. Vbi
Merax est merax merum syncerũ,sapidius,sagacius,minus dilutum, Auienus
Meracum apud Macrobium uolumine satur.vii.proplema discutit,cur uini potio
meracior uidetur ieiuno q̃ ei qui cibũ sumpsit.Vnde meracũ ualidũ &

potens merum.Hora.Expulit elleboro morbū bilemq̧ meraco,a mero
id est uino Mero.onis.dicitur περὶ προσονομασίας.i.per annominatiōnē
de qua Fabius li.ix.quemadmodū pro pisonibꝰ pistores pro oratoribꝰ
aratores dicimus,& pro Tiberio biberius,pro Claudio caldius.Pro Ne
rone meronē. Qui aliqñ. nōnunq̄ aliq̄ tp̄e Prisci.infinitā esse particu
lam dicit,& absolute proferri,p̄ter significationē p̄teriti & futuri,Agre
cius & p̄sens significare docet,de duobus affatim reperiri exēpla existi
mat,de p̄nti ipse adiecit.Expergiscimini aliqñ & capescite rempu.acuit Aliquādo
& antepenultimā,ne duæ partes & diuisę uideant̄ esse,& differētiæ cau
sa ad aliquanto. Delinitioribus locis. suauibus dulcibus oblectantibꝰ
M.Tulli.delinitus illecebris uoluptatis.Mentes furant̄,occupant,reten Mens
tant. Atq̧ sensus. Sensum discriminat a mente quæ a μήνης id est a lu Sensus
næ uocabulo nomen traxit,q̄ obruta uariis affectionibus uelut luna so
let iterū reparari,ut scribit Cassiodorus de anima.Sēsa dicimus in neu- Sensa
tro genere quæ sentimus.M.Cicero de oratore li.i.& exprimere dicēdo
sensa possumus,quod & Macrobius significat li.satur.vii.

Vt reliquias unctæ patellæ & canthari
Vuida lacunaria superstitis meri
Quadrasq̧ mensarum & pia stipendia
Nostris inanibus gulis & uentribus
Repensitent,non quasi mendicabulum.

Vt reliquias unctæ. reliquię ministrantibus diuidi solēt & parasitis Reliquiæ
Sueto.auctor est de potu & luxuria Sergii Galbę.Seneca q̊q̧ li.xi.epi.al Patellæ
ludit,Ad parasiti ꝟo ingluuiē referri debet,q̊d de patellis unctis memo Vnctæ
rat.Vnctis.i.lautioribus,nitidioribus,quas lambit ambitq̧ parasitica fa Patina
mes inhianter,Patella p̄ diminutionē descēdit a patina aptū sacrificiis Cantharus
faciendis uasculū. Canthari. baccho tribuit̄ cantharus,quēadmodū Scyphus
Herculi scyphꝰ.Maro ęglo.vi.Vtrūq̧ uas ansatū fuit, Bacchꝰ cātharū
gerit dextra,idoneū potatoris insigne.Sili.li.vii.punicorū.Vuida lacu Vuidum
naria. suauitudine uini madida poculorū labra.Vuidū succo ex ad- Succum
uersū dicit̄.Cōfundūt̄ a poetis uuidū & humidū.Vuidus intrinsecus hu Vua
morē habet,vñ uua,humidū q̊d extrinsecꝰ,auctor Seruiꝰ. Vuida lacu
naria. .i.cameras poculorū,& lacus & laquearia sup̄iora dicimus loca Laquearia
in ędificiis,Vñ lacunar & laquear.Vir. Pendēt lychni laq̄aribus aureis
Sup̄stitis. extantis sup̄antis,residui, Meri. uini substatiue.Satyri.
poeta adiectiue protulit,Dū perfusa mero spumāt unguēta falerno.Ge Merum
nerosius uinū maiores dixerūt merū,Hora.Cētaurea mouet cum lapy
this rixa sup̄ mero,& merū bimū & quadrimū legimus.i.duoꝝ et quat Bimum
tuor annorū. Quadras. fragmēta & mēsarū reliquias frustillatim col Quadra
lectas.Quadrę Iuue.meminit in saty.Si te propositi.Vir.lib.vii.Martia.

Mensę duę apud ueteres

Stipendiū

Stipēdiarii

Mercenarii

Esuriales feriæ

Mendicabulum

Mensarū numerus apud ueteres binarius fuit, dabatur em̄ altera carniū altera pomorū, Vir.li.ii.geor.Macro.satur.li.ii. Pia stipendia. Pia inquit non martia & sanguinolenta, sed pia. Non mendicabula, quia stipēdia quasi quæ debeantur mensariis militibus & prandipetā militiā exercentibus. Stipendiū a stipe.i.modico ære q̄ colligitur nomē habet Iurisconsultus docet.ff.de ver.sig. Stipendiarii inde dicūtur alio noīe uectigales qui tributū pendūt, & stipēdiariæ ciuitates, Alucinator barbasculus quos mercenarios uocare deberet stipēdiarios hodie nūcupat. Nostris inanibus. uacuis, ieiuniosis & fauce effractis, Esuriales ferias dicimus, quotiens parasitici uentres inedia marcēt, qua re iucūdius uisu est nihil Iuue. Nam q̄ comœdia mimus Qui melior plorante gula. Repensitēt .i.psoluant uelut debitā mercedulā. Non quasi mendicabulū. Erubescit mēdicare parasit⁹, renuitq; mēdicabuli nomē, q̄d stipēdio mutauit Sed uerius poeta Hora. qui mendici uocabulo parasitos claudi uoluit, quibus honestius esset mēdicare, q̄ rē Iuue. etiā probat in saty. Si te propositi. Mēdicabula Plau. dixit, & Laberius mēdicitatē et mēdicimoniū

Hoc enim esset infamia meis maioribus
Sed ludicræ artis premium & mercedulam
Iam nunc quidem hora ipsa & stata & certa imminet
Qua flagriones hi, infimatis ille grex
In aliquod usq; contubernium ruant
Aut ad forum populo strepant prouerbia
Corripiendum illuc mihi est maturrime.

Premium

Merces

Mercedones

Hoc em̄ esset, cur refutet mendicabulum, infamiam formidās defamatissimus. Ludicræ artis. parasiticæ scurrilitatis. Premium & mercedulam. Premium generaliter pro bono aut malefacto redditur Donatus est auctor in Eunucho. Mercedem a merēdo dicimus, sicut premium a preda. Inde mercedones a merce soluenda, et mercenarium merce dituum ueteres dixisse, q̄ mercede se tueatur, scriptores testantur.

Stata festa

Flagriones

Bucedę

Iam nunc quidem hora ipsa. Esuriales feriæ parasiticis uentribus incumbentes tempus & horam denunciant quærendi complicii. Sic Plautus. Item alii parasiti frustra obambulāt in foro. Stata & certa. Et particula expositiue intelligatur, significat autem ordinatā & fixam quam differri non contingit neq; mutari, unde stata festa dicimus, quæ dies fixos habent. Apud Valerium Maximum in libro memorabiliū primo Maiores statas solēnesq; cerimonias &c. Statius in carmine achilleidos Plenis donec stata tpa metis. Attulit. Luca. lib.x. quorū stata tpa flatus Imminet. Instat, prope est. Flagriones. id est qui flagris cedanẽ dignissimi, dicuntur etiam bucedæ q̄ loris bubulis eorum terga inscribūt,

Plautino uocabulo & plagipatidæ & uerberones grȩce maſtigiæ Edi- uerſo tintinaculos oppido & quã elegãter uocitari audimus Virgato res ſeu tortores qui flagris ſontes ob noxam ceduñt, Vocabulo ficticio a ſonitu quem uerbera efficiunt, unde per onomatopeiam alibi hunc ſonitum tax tax uocat, cum cedũtur flagratores. Infimatis ille grex. Vilissimorum contubernium infra omnes homines infimo loco natorum, Sicut ſummates dicimus ſummȩ cõditionis & potentiȩ Plautus in Sticho. ſummates uiri ſũmum accumbent ego infimatis infimus. Apuleius uolumine Metamor. xi. Præceptis ſummatis deæ recreatus, Et uerbum infimare uſurpatur ab auctoribus, quod ſignificat infimos facere, Apuleius in Dæmonio Iſocratis, hæc ad miſerias infimata, & paulo inferius, quia nam ſublimat & infimat Grex. Vocabulum eſt ignobilis multitudinis, M. Cicero gregis armentorum imbecilliũ, In L. uero Piſonem ſignificantius, ubi inquit, Quid cũ tuis ſordidiſſimis gregibus, Et in oratione eadem, Nemo queritur ſyrum neſcio quẽ de grege nouiciorum factũ eſſe conſulem, Exprobrãter & illud Satyrici poetæ accipimus, Cum grege chaldȩo. Vſq;. ab eo loco, aduerbium de loco, Terẽ. ex æthiopia eſt uſq; hȩc, alias diu aut multum ſignificat In aliquod contubernium. conuictũ, ſodalitatem, conuiuium, ubi conuictores & conuiuatores cõgregantur, uerbũ caſtrenſe ut ſupra de hiſtrionum exercitu. Eſt autẽ contubernium manipulus militũ decem ſub uno papilione degentiũ, cui Decanus prȩerat, qui caput cõtubernii fuit Inde contubernalitas elegãter apud Cyprianũ pro ſodalitate, Ruant, ſine more confluant, Hiſtrionibus familiare uel potius ſcurris ſuatim ſine more colligi & congregari, Ad forũ. Vbi uideas quos ad ȩdes comiteris una ſimul eſitaturus, tempus & locũ negocio adiicit. Forum a ferendo generale nomen, ex adiuncto diſcretionẽ accipiens, Vnde forum dicimus aleatoriũ, boarium, olitorium, romanũ. cæſareum, forũ auguſti, Piſcarium forum, Tranſitoriũ, Cupedinis, cȩnipetæ paraſiti foro uti ſciunt, ut in prouerbio eſt. Corripiendũ illuc mihi. eundum per me Terẽ. in Ecyra, Et corripio illuc me inde ideſt ingreſſus ſum ita inquit Dona. Maturrime. citius, feſtinanter, quã celerrime, Fieri autem mature id dicitur, cui & induſtriȩ celeritas, & diligentiȩ adhibetur tarditas. Quam rem Auguſtus duobus grȩcis uerbis elegãtiſſime expreſſit. Nanq; dicere in ſermonibus, & ſcribere in epiſtolis ſolitũ eſſe aiũt σπεῦδε βραδέως, quod ſignificat feſtina tarde ideſt matura.

Virgatores

Maſtigiæ

Summates

Infimare

Grex

Vſq;

Contubernium

Ruo

Forum

Corripio

Maturus

Nam illis uoluptas maxima eſt, præſentia
Frui mea in ludis iocis & riſibus.
Scio q actutum miſellioribus
Sunt inedia miſelliores & fame.

Fruor
Namillis. adiicit causam. Voluptas. ingens illecebra. Frui. ob
lectare se. Sed frui proprie licet uesci significet, a frumine summa parte
Risus
gulæ, tamen etiã de rebus his dicit̃, quæ nec cibo nec poculo sunt. Terẽ.
Nec fas est me ulla uoluptate hic frui. In ludis iocis & risibus. de ludo
& ioco paulo superius. De risu obiter pauca hic adiiciemus. Aiunt phy
sici risus esse sedem splenẽ, quemadmodũ irę fel & libidinis iecur. Est &
splen peculiare cursus impedimentũ, q̊ exempto per uulnus uitã esse ani
malibus posse Plinius scriptũ reliquit, cũ q̊ risum q̊q; adimi homini. Prę
cepit Seneca uti risus noster sine cachinno sit. Vñ ab Apuleio festiuiter
cachinnabilis est dictus risus solutior & rep̃hensibilis. Risus censorii Ma
crobius meminit li. ii. satur. qui grauitatẽ queadmodũ solutus contem
ptum præ se fert, & maiestatẽ decet risus modestior, Virgilio auctore.
Pythagoras
Pythagorã legimus risu faceciis & iocis abstinuisse. Et Crassum illius
auum qui a parthis est interc̃ptus risisse nunq̃, ob id agelastũ cognomi
Crassus
natũ, sicuti nec flesse multos, quos græci apathos uocãt, in affectibus hu
manis insolentiores γελάω uerbũ gręcũ rideo significat Democriti co
gnomentũ fuit γελασίνου ꝙ risu perpetuo agitare pulmonẽ solebat, te
zoroastres
ste Suida. Risisse eodẽ die q̊ genitus esset unũ accipimus Zoroastrẽ rep-
torem magicarũ artiũ. Gelotophylida in bactris herba nascit̃ & circa
Boristhenem, si bibitur cũ myrrha & uino uarias obuersare species fa-
cit, ridendiq; finem nescire, In furoris morbo risum esse lętale indicium
Plinius est auctor. Parœmiacos dicit̃ de eo qui rarenter ridet ut gratiis
sacrũ faciat, Laertius. Scio ꝙ actutũ. Scio inquit iam in foro ex meis
contribulibus torqueri fame quosdã miseris miseriores. Actutũ. con
festim, illico, sine dilatione, aduerbiũ tp̄is. Plau. in amphi. nisi actutũ hinc
abis, hanc dictionem heroicũ carmen non dedignat̃. Virgi. tum cætera
Actutum
reddet. Actutum pius Æneas. Sta. li. i. theba. Actutum regia cernit, Ve-
stibula. Miselliores. secũdi ordinis noĩa sua faciũt diminutiua in ellus
ut miser misellus, misera misella. Inedia. cibi penuria & esuritione.
Nomina in ellus
Et fame. quę malesuada a Virgilio, ab Ægesippo uehemens carnifex
Fames
appellatur. Plinius, lętalem inediã nõ existimat ante lucem septimã, du
rasse tñ quosdam ultra undecimã. Inter genera mortis miserrimũ est fa
me perire, Sillium poetã punicorũ scriptorem hoc modo periisse cõpe-
rimus, Notissima est fames Casilini q̃d Annibal obsedit, & samarię. Al
bertus magnus quẽ Aristotelis simiã q̃dã (si ad laudẽ uiri pertinet) co
gnominauit mira de fame literis mandauit in historia de animalibus.

Quærunt ubi commodius sit faucibus
Vbi estur & bibitur. Sed eccos commodum
Eccos prope in medio fori, congeminant
Coitur, accurritur, habent quid ludicrum

Quin ego citatiore gressu propero
Et curro nunc etiam probe ut uideam quoq;.

Quærunt ubi commodius. utilius aptius. Sic faucibus. quæ mar cescunt parasitis diutina fame, fiuntq; araneantes esuritione, Plautinus Parasitus ad esuritionẽ parasiticã significantissime exprimendã sic inqt Perii, prospicio parũ os amarũ habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, Vbi estur, exprimit ubi cõmodius esse faucibus possit, ibi scilicet ubi estur, ubi edũt & potant hoĩes. Impersonale uerbũ ab edendo Diomede docẽte, a q̃ uerbũ etiã comedo fingit, q̃d comesũ & comestũ facit Didimo Valgioq; auctoribus. Sed eccos. Parasceue, i. pparatio alteri us est scęnæ, pronunciandũ dicticos & cũ gestu lætitiæ, q; ea res quã in in animo prius habuit iam appareat. Teren. in phor. Eccum Dromonẽ cum Syro una adsunt tibi. Commodum, iamiam, id tpis, eo momento aduerbium classicis scriptoribus tritissimum, sed paucis bene cognitum atq; intellectũ. Plau. in Cassina. Ad te hercle ibã commodũ. Donatus in Phormione. Prope, pene, aduerbialis particula, apud Plautum & M. Ciceronem usurpatissima. Congeminant. quid congeminant? coit, accurritur, Coire præter uulgatã sigr i icationẽ & pangere & cõsentire significat. Teren. in Eunu. Coimus in Pyræo. Habent quid ludicrum. qua re colludant. Citatiore. ueloc iore, celeriore, Probe ut uideã q̃q; Insuper non solum accurram atq; adsim, sed ut uideam quoq;.

Estur

Cõmodũ

Prope

Coire

SALAX HELVO BVTTVBATTA
ARISTOPHORVS LIXA

SAL. Heus tu tribune noster aduola. HEL. o salax
Rerum quid est? ut tu tumultuanter hic.
SAL. Nescio quid istinc Buttubatta fert boni
Curritur ad hunc ceu si exiisset Indiam
Ferẽs auem phœnicẽ BVT. adeste ehodum ehodum

Heus tu. Spectator mira faceciarũ iocũditate cõciliatus, lepidissimis salibus heluonis quibus graphice nugatus oẽs fecit auritos. In hac itaq; scęna dramatis initiũ fit, quæ tota est actuosa, magisq; in gestu q̃ orõne cõstituta, Vnde pronũciatione uelut anima & spiritu decẽtissime iuuat & eo res deuenit uti caluaria retegat. Cõgregãtibus igit ludionibus interuenit Buttubatta, q ludũ auspicat. Heus tu tribune, Heus nõnunq̃ habet noĩs significationẽ ad intẽtionẽ consyderationẽq; reuocãdi. Teren. Heus proxim⁹ sũ egomet mihi, cęterũ uox est de lõginq̃ reuocãtis. Tu tribune. tu cũ pcussione audiẽdũ est, qa significãter dictũ. Noster. .i. ludionibus tribunus es, Alibi in persa Plautinus seruus se uapularem tribunum esse dicit. Tu tribune.

Heus

Magnã uis inquit Donatus & ſignificatio pronoĩbus ineſt. Virgi.Can
Tribuni
tando,tu,illum,Tribunos Pomponius ſcribit plebeios fuiſſe magiſtra
tus. Inde dictos,ꝙ populus romanus in tres partes diuiſus ex ſingulis
ſingulos creabat,Vel quia tribuũ ſuffragio conſtituebantur. Aduola.
non adi.Nam res eſt noua,mercibus arabum comparãda, qua exultat
Buttubatta.Simul attentos ſpectatores reddit hiſtrio. O Salax. affi
citur gaudio præſentia Salacis Heluo.Exclamat igitur,Sic Terẽtius.O
Cteſipho,o Syre, Cæterũ interiectione illa utimur ubi ex interuallo no
tos uidemus,Salacis nomen a libidine trahitur. Hora.caudam ſalacem
membrũ uocat obſcœnũ,Et Virgi.uel Ouidi.in Priapeio carmine Pria
pum ſalacẽ deum nominauit,a ſaliendo.i.coeũdo quod a pecoribus ſu
Salax
mitur. Quid rerum. quę res agũtur,a re eſt recula per diminutionẽ
Vt tu tumultuanter hic. Verbum reticet oppletus gaudio. Currit.
ab omnibus fieri ſignificat de q̊ memorat,Nam cum arduũ quiddam
atq; ab omnibus fieri oſtendimus,impersonali uerbo utimur.Teren.in
igne poſita eſt,fletur. Ceu particula ſimilitudinis,Priſci.li.xv. Quid
India
boni. boni cuiuſdam meminit,auidũ uidendi faciens. Exiſſet Indiã,
Mater gemmarũ India,ab Indo flumine cognominatur,miraculis eam
terram ſcatere dicit Plini.li.vii.Mira de Indis recitat Herodotus in Tha
lia.Theopompus,Hellanicus,Cteſias & Megaſthenes auctores ſũt,qui
res indicas ſcripſerunt,ſed ab hoc poſteriore Strabo multa deſumpſit.
Auem phœnicem. attẽtiſſime phœnicem inquit,qua merce nulla eſt
Phœnix
rarior,hanc auẽ Herodotus nũq̃ niſi in pictura uidiſſe ſcribit in Euterpe
Ægyptiis ſacram eſſe ad quos perraro proficiſcitur.Hęc auis ſi picturæ
nõ diſſide, habitu & magnitudine imitat̃ aquilam. De phœnice inter-
rogatus diligentiſſime prodidit Manilius ſenator ille nobilis doctrinis
doctore nullo,Metamorphoſim phœnicis uolumine xv.Ouidi.exeq̃t.
Volunt grammatici Perſiũ poetam tranſlationẽ feciſſe a phœnice vbi
inquit,quando hęc rara auis,Ambroſius qui ab Origene quę dicta fue
runt gręce in librum ſuum latine compoſitũ tranſtulit compilauitq; he
xameron.In eo opere uolumine ſexto ait,Doceat nos hæc auis uel exẽ
plo ſui reſurrectionem credere,quæ & ſine exemplo & ſine rationis p̃ce
ptione ipſa ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. Adeſte ehodum. Ex
ultãtem accipimus plauſibiliter Buttubattã ludiones inuitare antelogo
admodum rhetorico,uti ad ſe pellectos feſtiuiter ludat.Ehodum ge-
minat ex affectu.Iterationem M.Cice.li.iiii.ad affectũ pertinere docet.
Ehodum
Ehodum πάρελκον ſicut adeſdum productio dictionis Terentio fami
liaris figura,ut in Andria,ehodum ad me,ubi dum particula abũdaſiat,
& in Phormione integram adiecit dictionem per parelcon, quando di
xit,fiet ſedulo.Ibi Donatus ſedulo docet eſſe parelcon.Nã ſuffecerat fiet

Adeſte principes furum,hiſtrionum,item
Et ludionum & luſionum & uerberonum.

Adeste mercurialiter non plumbei
Sed plumei,pedibus uolucribus,ſcio
Mirum in modum admirabilem ac uobis quidem̄
Ignobilem rem inſinuo,ibi hic intra meum
Sinum.ARIS.Paras anteloquium & rhetoricum
Et admodum forenſe Buttubatta,nam hac
Concinnitate orationis nemo homo
Ne Gorgias neq̧ Zeno nec Protagoras
Te uincet æque arbitror,at exhibe,quid eſt?

Adeſte. Præſentes ſitis,accurrite,Adeſſe etiam auxilium ferre ſigni Adſum
ficat.Vnde aduocati & patroni cæteriq̧ amici adeſſe dicũt. Principes
furum. famoſos quoſlibet aduocat. Princeps dictio utroq̧ uerſum &
ipſa dicitur. Furum. Varro de ratione uocabulorũ nominis illius æty
mon expreſſit,q̊d Aulus Gelius uolumine primo recitat.Cęterum ſcri
bit Ariſto iuriſcon.apud ueteres ægyptios furta om̄ia fuiſſe licita & im
punita.Apud lacedæmonios quoq̧ ius atq̧ uſũ furandi fuiſſe nõ igno
biles auctores ſcriptũ reliquere.Q̧ furandi ſolertia atq̧ aſſuetudo acue
ret obfirmaretq̧ animos adoleſcentiũ ad inſidiarum aſtus & ad uigilan
di tolerantiam,& obrependi celeritatẽ. Hiſtrionum. de quibus ſupe-
rius eſt facta mentio. Item. ſimiliter,& luſionum.i.ludorũ,ueteres lu-
ſionem pro ludo accepere,Papini⁹ auctor eſt qui luſionis pilaris memi Luſio
nit,& Tranquillus in Domitiano. Verberonum. Maiores etiam fla Verberões
griones uocauerunt dignos uerberibus,ſed flagratores qui mercede fla
gris cedebantur,gręci μάσιγα flagrum & flagrionẽ maſtigiã dixerũt.
Plau.in capti.Vti illi maſtigiæ cerebrũ excutiam. Mercurialiter. citi,
ueloces.Nam Mercurius celeritatis et eloquentię deus eſt,cui appingũt Mercurius
talaria,Inde Virgi.Volat ille per aera magnum,remigio alarũ ac libyę
citus aſtitit oris,citus ait Seruius,nam uelox eſt curſu,ſic dictus Mercu-
rius.q͞p medius currat in mercimoniis,quibus præeſt. Vnde poetæ hoc
carmen penſitandum uenit. Mortales uiſus medio in ſermone reliquit.

Non plumbei, tardi,teſtudineo greſſu atq̧ inceſſu ueternoſo,& gra-
du formicino uti ait Plau.in menęchmis,ſed actuario & cito. Pedibus
uolucribus, Feſtinis & uolantibus,hic uolucer,hæc uolucris & in gñe
indifferentię hoc uolucre facit,Priſcia.uolumine v. Scio mirum in mo
dum. omni ratione adhibita efficit ut attentos habeat,quia decepturus
eſt,ait itaq̧ mirum in modũ & admirabilem,nec eſt ſatis,unde addit,&
uobis quidem ignobilem id eſt ignotam. Inſinuo. a ſinu tractum uer
bum,quale eſt inuolare a uola.Aul.Gel.Cicero in arte ueteri accipere

uidetur pro eo quod est latenter sub dissimulatione & circuitione obscu re subire, addit Victorinus, & occulte circuitionibus quibusdam. Vnde in arte noua. si persuasus auditor fuerit, his nos rebus insinuabimus ad causam. Significat igitur insinuare sensim subrepere in aliquid. Vñ Sueto. per hanc insinuatus Macroni. i. conciliatus in amicitiã. Insinuat̃ quis in amicitiã alterius, quãdo nõ recta, sed per sinus q̃sdam & quasi diuerticula intrat in amicitiã latenter & dissimulanter. Plautus in amicitiã insinuauit. Firmicus amicus regis corpis pulchritudine insinuatus. Q. Curtius li. v. de phasi flumine. Persico mari se insinuat, & Lucreti⁹ (Nã ueteres fere hoc uerbo usi sunt) animã scribit insinuari nascentibus diuinitus uel nasci, & alibi, Sic aliud ex alio per te tute ipse uideris. Talibus in reb⁹ poteris, cecasq; latebras, Insinuare omẽs. Item li. ii. Succus em̃ sursũ qua uapor insinuat̃, ait etiã dolorẽ oculis insinuari per solis splẽdorẽ ꝙ semina possidet ignis. Vir. ii. æneі. Insinuat pauor &c. Onosander de optimo impatore docet insinuatiões hostiũ prohibere. Exinuare uerbũ usurpat̃

Paras anteloquium. orationis amœnitate qua utit̃ Buttubatta perculsus Aristophorus rhetoricum ornatum imputãs. Paras inquit, pro ducis, apparas. Anteloquiũ. q̃d greci προοίμιον dicunt. Rhetoricum admodum, urbanum nimis, ornatũ & eloquens, forꝙ; non ineptum.

Admodũ — Admodum significantiã habet intentiuam ἐπιτατικήν. Teren. in Ecy. alias annuendi uim retinet, exemplum est in Phormione eiusdem poetę Aulus Gellius li. vii. Nam hac concinnitate. consonantia, compositione, elegantia orationis, uel a concinere, quod consentire significat, uti multis ex diuersis uocibus un⁹ efficitur modus in cantionibus. Vel a cinno, M. Cicero in arte ueteri, splendoris & festiuitatis & concinnitu dinis nimium. Nemo homo. q̃uis per nemo intelligatur homo, tñ

Gorgias — addit homo ueterum more, figurate per ἀρχαϊσμόν. Terentius in adel. Fratrem esse neminem hominem primarum artium, Ne gorgias. Hic Leontinus orator disputaturũ se profitetur apud Platonem de omĩ re, quam quisq; audire uellet, Atheniensiũ iuuentuti gymnasium dicendi dicitur aperuisse. Cicero eius meminit in oratore uolumine tertio, &

Zeno — de claris auctoribus. Zeno. princeps stoicorũ manu solebat demonstrare, quid inter dialecticam esset atq; eloquentiã, fuit & Zeno (de quo

Protagoras — hic) Eleates orator qui ad fandũ maximas uires cõparauit, iudiciale genus tm̃ adeptus. Nec Protagoras. Hic abderites trax, clarissimus suo tpe sophistes, quem Apulei. in iiii. Floridorũ longe multiscium, & cum primis rhetoricę repertoribus perfacundũ fuisse scribit. M. Tullius in iii. de oratore. Laertius uolumine ix. meminit. At exhibe. auidus uisendæ mercis reiq; quã rarissimæ proclamãter a Buttubatta celebratæ ad

Exhibeo — exhibẽdũ hortat̃. Est aũt exhibere minus q̃ restituere. Exhibet qui p̃sen

Restituo — tiam corpis p̃bet, ut scribit Caius iurisc õ. Restituit q insup possessorẽ facit, Est etiã plus exhibere q̃ sistere in iudicio ut Labeoni placet. Cice. uolumi. iii. de officiis, exhibere uidet̃ accipere pro eo q̃d est negociũ facere.

BVT.Exhibeam? enimuero nec exhibebitur
LIX.Tu uero exhibe.HE.exhibe.SA.exhibe modo
BVT.Vim uim triumuiri triumuiri.heus ohe
Appello iudicis tribunal.Leditis.
LIX.Dabis.SAL.tenes?BVT.cessate furciferi fures
SAL.tenes?LIX.stati ARIST.tenes? BVT.scelesti
O parricidę,matricidæ,ne utiquam (sacrilegi
Prehenditis uel hoc die,HEL.trahe corripe
BVT.Hodie o rapax nequis id a me auellere.

Enimuero nec exhibebitur. q.d.istis uerbis non adigar ad exhibendum. Verũ enimuero pars ista significationem habet nimiũ permoti atq; irati animi.principiũ faciens nonnunq̃ per irã aliquid dicturi,sed uultu iuuãda est & pronũciatione,Cice.Hic cũ aliis ex alia parte enim uero ferendũ est.Terẽ.in Phor.In ius enimuero. Tu. significãter.q.d. an situm in te putas ne exhibeas. Buttubatta uim uim. .s.patior,eclypticos & exclamãter. Triũuiros appellat carceris custodes.Sic. Plau. in Asi.Ibo ego ad tres uiros,uestraq; ibi noĩa faxo erũt capitis,Et in aulularia,qa ad tris uiros iam ego deferã nomẽ tuũ,Erant duplices triũuiri Monetales scilicet q̊rũ diligentia fiebãt numismata,Et qui carceris custodiã habebãt,Pedian⁹ eorũ meminit in uerrinis,Adiiciũt alii et triumuiros colonię deducendę,Triũuir a uiro cõposita dictio & noĩe nu- Triumuiri
merali,Var. de Ana.li.ii & in li.epistolicarũ quæstionũ iiii.& Prisci. de ponderũ uocabulis,Phocas itẽ,Suppliciis fuisse p̃positos triũuiros Salu.pbat in Catilina,& Plau.in amphy. ubi inqt,quid faciã nũc si triũuiri me in carcerẽ cõpegerint, inde cras de prõptaria cella depromar ad flagiciũ,flagella inde triũuiralia dicũt. Heus ohe. Vox est bacchantis,Ser.li.vii.ęne.Heu ohe bacche fremẽs,sup hoc carmine Mariano Donatus in Phor. sacietatẽ hac uoce significari uult,Iuue.satur est cũ dicit Horati⁹ ohe,Dicũt nõnulli ridentis esse interiectionẽ illud Persianũ citantes,Ohe qd didicisse. Apello tribunal. Prouoco ad tribunal,Dicim⁹ apello tribunal iudicis absq; p̃positione,Verbo puoco ad- Ohe
dimus prępositionẽ frequenter,Prouocationes T.Li.adinuentas docet aduers⁹ iniurias magistratuũ, Tribunal a tribubus nomen cepit,q̃ ad illud tribus cõuocant,ut a iudice percipiant ius,sed locus est editior unde uniuersa exaudiri possũt,Cespiticia fiebant in castris tribunalia mi- Tribunal
litaria & castrensia ex cespitibus aggestis,Lucan⁹.in v. Pharsalię,stetit aggere fulti cespitis intrepidus, Leditis. non solum offenditis,Nam ledere plus est quam offendere, Vir. quo numine leso, Plau.in captiuis

Ledo Memini cum dicto haud audebat facto nunc lædat licet. Cessate, requie
Offendo scite, intermittite, desinite. Differt proprie inter cessare & requiescere. Ces
sat em̄ desidiosus, requiescit defessus. Furciferi fures. Prosequendum
Cesso hic latius. Apud ueteres id erat potestatis apud dominos in seruulos, ut
non tm̄ uincirent, sed etiam occiderent, utq; ob leue delictū plecterentur
Furcifer ignominiæ magis q̄ supplicii causa, circa uicinos furcā in collo ferebāt,
subligatis ad eā manibus & prædicare cogebanť peccatū suum, simulq;
monere cæteros, ne quid simile admitterent. Vnde furciferorū nomen
seruile maledictum & probrosum, greci σταυροφόρους appellant, eius rei
auctores Plutar. & Dona. Qui hos uinciebant a dominis iussi lorarii di-
cebantur Brutiani uel lictores. Tenes. retines, proprie retinet qui ad-
uersum aliquem tenet. In adel. Teren. liberos retinere satius esse credo.

Statim. sine mora. Scelesti. aptissima comicis salibus conuicia in hi
striones homines seruulos, in ancillas apud comœdiographos. Alia sūt
non illepida ut uenefica, lupa, uipera & sacrilega, sed plus est scelus et sce
lerosus q̄ scelestus. Parricidæ. Vulgato uocabulo parricidas dicimus
quos græci πατροκτόνους, Plautus parenticidas. In id genus hominū lex
Parricida Pompeia de parricidis excubat. Matricidę qui in matres grassantur, uti
Orestes de quo apud Sophoclem in fabula quæ Ἠλέκτρα inscribitur. Ci
cero sororicida est usus. Parricida inquit fratricida sororicida. Neutiq̄
comicum & antiquū sicut neutiq̄. Pręhenditis. apte & proprie. Nam
præhendimus uitantes & fugientes. Teren in an. Tuus pater modo me
præhendit, cui uerbo nonnunq̄ aspiratio detrahitur, fitq; ex trisyllabo
Vel disyllabum. Vel. etiam, Hoc die. Plenum, hodie compositum hoc
die antique & comice, Heluo, trahe, corripe, hortanť inuicem ad cōpre-
In ax nomina hendendum ne mauibus elabatur atq; effugiat. O rapax. In ax uer
balia & habitū & abūdantiā rei significare cuius est habitus grāmatici
memorāt. Sic dicimus fugacē, bibacē, edacē, cū & habitū & frequentissi
mos actus notamus. Auellere, amouere. Vir. Postesq; a cardine uellit.

LIX. Conemur omnibus modis enixim omnes
BVT. Heu penula & bardocucullus interit.
Rumpūt sinū misero mihi LIX. dato, BVT. nō dabo
HEL. Permittito ut nos leniter queamus id
Quodcunq; rerum est quod sinu occulte geris
Aspicere, & ultro reddere obsecro. BVT. Iubes
Fidem? HE. fide iubeo, BVT. statim reddi? HE. statim
BVT, Sane modo fiet, modo manum exigat
Lixa, metuo iugulum ne anhelitus opprimat

Conemur omnibus modis. secreto in aures hæc uerba susurrant, ne preterlabatur & tectum maneat diutius quod insinuauit Buttubatta, Conemur, difficultatem hoc uerbum importat, Plau. in asinaria, neq; Conor conari id facere audebatis prius, & casui iunctum accusandi sine inter missione significat noctes diesq; manibus pedibusq;, Vir. i. Geor. Ter sunt conati. Omnibus modis. Omni uia, omni ratione. Enixim. Enixim Vehementer, Enixim efflictim aduerbia sunt elegantissima uehemen Efflictim tiam importantia, sed usitatius efflictim quod uehementer & perdite significat, quemadmodum ubertim abundanter & large. Heu. Do/lentis. Penula & bardocucullus. Penula uestis est quam supra tuni/ Penula cam accipimus, ego puto alias Mantelū dici tegmen & amiculum ad Mantelū fallendos imbres, græci Mandyam uocant, Qua dictione Plautus uti tur in captiuis, & Pli. li. vii. na. histo. quamuis aliqui latinū esse negent Bardocucullus. & Sanctonicus cucullus a Satyrico nuncupatur Sa Bardocu/ ty. iiii. & saty. vi. Martialis item, Interit, perit, interceptus frangitur, sed cullus interire plus est quam perire. Rumpunt sinum. exinuant inuolucrū Misero mihi. q. d. innocenti, Nam miseros etiam dicimus innocen tes Salustio auctore, Vnde superius iudicis tribunal appellauit, quasi q ius sufferre quiret, si uim effugere posset. Permittito. alia uia experit, si efflagitari posset. Quodcunq; rerum. qualiscunq; sit res, quam sinu occulte geris. Vltro. libenter non exactim & extortim. Iubes fidem. id est uis fidem tuā interponere. Fide iubeo. idest fide mea te iubeo, Statim. continuo, & statim perpetuo significat æqualiter & Statim uno statu, Plau. ita statim stant signa, Sane modo fiet metuo ne anhe litus, spiritus, halitus, Plau. in mercatore, Animam nequeo uertere, Op primat, occupet, iugulum intelligimus arctatis faucibus constrictum teneri quam tenacissime.

Lix. Sic sta. Arist. fugam capessit Hel. inter dū manet.
SAL. Mane fugax. BVT. non ædepol si libere
Meme sinatis fugio. LIX. currite heus perniciter
Quisq; optimus, plicate cincinnis manus.
Sycophanta magnitate perfidiæ extimæ
Num iam redis? BVT. sic anteuortebant uiam
Isti appetones, ut ne mus eroderet.
LIX. ligate furcifero manus simul & pedes.

Lixa sic sta. Sistit Buttubattam sed euadit e manibus prehēsantium fu gam capessit, uidet fugitantem. Inter dum. Inter particula totū non nunquam significat, ut interbibo Apule. i. Metamor. Inter totum scili Inter cet corripe dum manet. Heus perniciter. Celeriter rapide, uelociter

Pernix Pernix em̃ uelox est, Vir. Pedibus celerẽ & pernicibus alis. Silius. Gens pernicibus ignea plantis. Et pernix perseuerantem significat a perniten do, auctore Seruio. Plicate cincinnis manus. capillis intricate, Est cin cinnus capillus intortus & molliter inflexus uti in uitibus, colliculi sunt capreoli Varrone teste, Hinc cincinnati capillati capillo intorto & cri-

Cincinnus spulo, q̃d uitii nomen in delicatos & comæ curiosos regeri solet. Hiero nymus ad Demetriadẽ. Cincinnatulos inquit pueros & calamistratos uirgo deuitet. Miror Plauti glossematũ, q̃ calamistro intortũ inustũq; dicit. Marcello præeunte, p̃sertim Plautus in capti. Crispus cincinnatus. M. Cicero in orõne contra L. Pisonẽ. Erant illi compti capilli, & madẽ tes cincinnorũ fimbriæ. Satyricus. Altius hic quare cincinnus &c. Hie ronymus in Ezechiele. Martialis annulũ uocat capillũ intortũ. Syco

Sycophãta phanta. reducunt præhensum capillo, Sycophanta, audax, improbe fallax, calumniator, a græco tractũ. Nam illi συκοφαντεῖσθαι dicunt ca lumniari. Vnde sycophantæ quorũ est perturbare rem bonã & curare malam, dolosi & fallaces. Vnde sycophantię fallaciæ Plautino uocabu

Magnitas lo dicunt, & doli uafriciæq;. Magnitate. magnitudine. Actius in va cres, Nanq; sat fingi neq; dici potest pro magnitate, Perfidiæ extimę

Extimus ultimæ, extremæ. Ab extra duo superlatiui extimus & extremus incli

Extremus nant, Prisci. de superlatiuo noie. Num. particula subiunctiuo & indi catiuo adheret. Diomedes est auctor, Recipit & aliq̃n nam per parelcon

Num Teren. Hem num nam perimus, Anteuortunt. anticipãt, antecapiũt,

Anteuorto p̃ueniunt, a uerto & uertor antiquorũ deriuationes sunt deuortor, præ

Appetões uortor & circũuortor. Plau. in pseudu. Isti appetones. mei tam cupidi & appetẽtes, q tã cupiẽter me me cohibere desyderãt. Eroderet. rodẽ do corrũperet, euaderet, Lixa ligate, cauti⁹ acturi man⁹ uincire uolũt.

BVT. Ne amice lixa cæteriq; complices
Vincite uestrum amœnum & aptum bibesium
Atq; popinonem egregium ac aridum æmulum
ARIST. O palpo, nemo blandior palpator est.
SAL. O blandicella uerba LIX. proh deum fidem
O singuli uos flocciores uellere
Deinde leuiores pumice, ut non compedes
Siue manicas huic adhibeatis ferreas.

Buttubatta ne amice. ecce quã blãditer uincula deprecat̃, inquit em̃ amice & complices uestrum & optimũ & egregiũ, obsecrat ergo ne uin ciant. Complices. bono & decenti uocabulo usus in contubernio lu dionũ, eius meminit Salustius ubi sentinã cõmanipulonũ Catilinę recẽ

set, Amoenũ & aptum. Apto exaduersum dicitur ineptus, cuius con sentaneo græci carent, ut scribit Cice. de oratore li. ii. Bibesium. biben di cupidum, sicut peredius, apud Plau. require in Cassina, sed usitatiora sunt bibax bibosus & bibulꝰ. Popinonē egregiũ. luxuriosum epulo nem gulosum cōprãsorē, cōuictorēq; & tabernariũ, ganionēq; egregiũ a popina, cui se dedunt, ad captandas cupedias, q̄s antiqui catilones grę ci ἀσώτους. nostri edaces uoraces lurchones manducones & mandones uocitant. Ac aridũ ęmulũ. siccũ sitibundũ imitatorē, & minime so- briosum. Palpo imputat blãdicella uerba Aristophorus exclamanter simul ac risorie, uentũ eo significans ut blãdis obsecrationibus uti cogatꝰ

Bibesius
Popino
Catilones
Manduco
Mandones

O palpo. adulator. Plau. in mercatore, palpo percutis, Hora. Cui ma le si palpare recalcitrat undiq; tutus. Significat etiã mitigare & mulcere Apule. li. v. metamor. Blandicella uerba. blanda & lenia, mellita per diminutionē blãdicella dicimus uerba Festus, Lixa. impatiēter fert Li xa complices per lubrica Buttubattę blandimenta seduci decipiq;. Incla mat igitur ad obstringēdũ uinculisq; impediendũ. Proh deum, apta exclamatio iniuriã patientis & prope tragica. Oui. li. xiii. proh Iuppiter inquit ante rates &c. Vir. Proh Iuppiter ibit. Salusti. in Catili. Proh deũ atq; hominũ fidem, Priscia. li. xiiii. dicit interiectionis loco sic positã cir- cumflecti. Flocciores. leuiores. a floccis qui in pãno & uellere eminēt particulæ extantes q̄ forficibus reciduntur. Cornelius Celsus inter si- gna ægroti mortifera esse dicit si floccos colligit. Plinius q̄ sępissime me minit. A flocco flocculus per Pliniũ trahitur li. xvi. de robore. Inde uer- bum floccifacio pro contemno & nihili facio, nec pluris quã sint flocci pendere. Plau. de lenone in Rudente. Et flocci non fecit fidem. Cæterum naucifacere pro eodem sumit idem latinissimus poeta, Præterea uerbũ defloccare .i. deterere, atterere, apud Marcellũ corrupta est dictio de- flaccare in eo significatu. Nam flaccus significat languidũ prisca dictio ne uietũ & mollē, inde deflaccare Inflaccare uerba uetera, & flaccidus.

Proh
Floccus
Floccifacio
Naucifa- cio
Deflocco
Deflacco
Pumex

Pumice. leui lapide, cauernoso, Pumicē genere uirili protulit Maro. Catullus muliebri. Plautus leuius pōdus excogitauit. Nam fidem leno niã tipulæ cōparat, qua bestiola nihil est leuiꝰ, & alibi, leuior quã pluma pessime & nequissime. Prouerbiũ fuit apud ueteres a pumice aquã depo sci. Plautus in persa. Compedes. non a pedibus sed ab impedimento dicuntur, Iuuena. Squallidus in magna fastidit compede fossor. Generi bus uinculorum Plautinus seruus in asinaria compedes annumerat, cō pedes igitur id est tendicula & laqueos, Inde cōpediti id est uincti. Et cō pedio uerbum sicut impedo. Varro & pedes corrigiis compedio. Extat Catonis scitum memoratu nō indignũ fures priuatorum furtorũ in ner uo atq; compedibus ætatem agere. Fures uero publicos in auro atq; in purpura. Manicas. modo uincula. Vir. Manicas atq; arcta leuari, uin cla iubet. Alibi uestis partē significat. Vir. li. xi. Et tunicæ manicas.

Cōpedes
Cōpedio
Manica

B.blę S.mussitas? B.blę A.blateras? B.blę L.balitas?
BVT. Quid ni? cum ouis sim lanam ita decerpitis
Mihi, & caput pilatis, hinc cohibete uos
LIX. Quare scelus mendacibus uerbis tuos
Fidos sodales ludis? & contemptui
Habes? SAL. dein, quare tenes suspendio
Animos sodalitatis? HE. an te non pudet
Cælare quod promiseras ostendere?

Ble — Ble. onomatopœam esse Diomedes ait, cum dictionē fingimus figu
ramusq; ad imitandā uocis confusæ significationem, uti cernere datur
apud Dona. in ecyra, de uagitu & Barrus elephas a sonitu uocis, atq; is
Mussito — barrire dicit. Mussitas. non intelligit plane Salax qd hęc uox sibi ue
lit, Vnde ait mussitas, improprie dicto uerbo ad significandā eam uo-
cem, Mussitare enim tacite cum murmuratione conqueri significat, a
Mutito — muto uel ab m litera quæ est nimiū pressæ uocis ac pene nullius. Vnde
Apuleius, demussata tēporali cōtumelia. Vir. Mussat rex ipse latinus,
Aliud uero mutitare Gellianum uerbū significat enim cōuiuia mutua
agitare. Blateras. quod proprie notat cum clamore stulte de se iacta
re & percupide loqui, camelorū uox, sine c prima correpta apud Hora
Balito — tium legitur, magno blateras clamore fugisq;. Balitas. Frequentati
uum a balo as, quod frequentiā significat actus & ad significandā im
pudentiam non incongruū, Varro. li ii. agricolationis, Lixa. hunc so-
nū significanter idonea dictione explicat, Nam Ble uox est ouium quę
Balare dicūtur, Oui. (si eius est opusculum de uocibus animaliū quod
ego hęsitanter approbo) at pia balat ouis, Plautus in bacchidibus fre-
quentatiuo utitur, cum hæ eunt sic a pecu balitantes. Quid ni? q. d. an
non balitem, cur non. Pilatis. id est depilatis & pilos detrahitis &
depilē facitis, Inde suppilare & compilare. Cohibete uos hinc. simul
Ludo — abite, recedite. Ludis. ludificas, decipis, circumfers, hoc enim ludo cū
casu accusādi significat, Plau. in Trinūmo, ludā hominē probe. Dein.
Insuper., Quare tenes, moraris, detines, suspendio ambiguitate sol-
licitos. An te non pudet. non uereris, non es ea uerecundia qua de-
Pudet — sistas, Pudere uerecundię est, sicut pigere pœnitentię. Quod promise-
Piget — ras. quia non solum rogatus sed coactus etiam spondere, Cæterū pol
licitatio & promissio eandem uim habent, nisi quod pollicitatio maio
Polliceor — ris est assentationis, & significat promittere non solum polliceri sed ad
Promitto — magnitudinem quoq; nutrire, Inde promissam barbam dicimus

ARIST. Non te piget mendacii tam uarii?
LIX. At nunquid autumas asellos esse nos?

Sal. Anne cuculos nos esse cocytos ue aues?
Hel. Quid? nos gracillare est opinio tua?
Gallinæ instar, siue cucurrire sic
Vt galli assolent inepte, nos uiri
Etiam sumus, quos spernier uitio damus.

Tam uarii, tam multiplicis, tam improbi. Nunquid autumas. opinaris existimas, censes, id significat autumo, Verbũ Plauto usurpatissimum, & ut scribit Gel. li. xv. P. Nigidius ex ab præpositione & uerbo æstimo compositũ putauit, dictũq; intercise autumo quasi abæstimo, quod significat totum æstimo tanquã abnumero, Sed Nigidianũ hoc interpretamentum argutius quam uerius esse uidetur, Apule. Seuia & grauia somniare autumãt. An ne cuculos. auis est in orbe nostro famatissima κόκκυξ υγος græce a κοκκύζω quod nos cuculare dicimus. Autumo Cuculus

Cocytos ue aues. id est luctus alites hoc est noctuas. Gracillare. gallinarũ uox, Cucurrire solet gall9 gallina gracillat, Oui. in carmine de uocibus animalium, Argumento gracilitatis in uoce uiros nõ esse contendit. cum uiris uox sit maior, quam rem Aristo. in proplematis disputat, Cæterum corpus esse uocem Lucre. probat in quarto philosophię, Gallinę instar, Serui. grãmaticus instar pręposítionem recipere negat, licet Serenus lyricus ad instar dixerit, Apud Apule. quoq; scriptorem latinissimum frequentissime comperies iunctum præpositioni, pręsertim in metamor. inq; libello de dogmate Platonis, Necnon in coram per ἀρχαϊσμόν, Phocas grammaticus & omnia inquit ad instar tertii ordinis declinãtur, & Pris. in libello de accentu, Festus Pompeius in dictione Aquilonis uenti, & c. Plures adducere pertesum est ad refellendũ Seruii dogma. Viri etiã sumus. Viri nomen ad laudẽ sumi solet Ter. Virum te iudico, Et in Eunu. tandem perdoluit uir es, Antiquũ fuit cõuicium exprobrantiũ ignauiam, quo quis uir esse negabatur, Quintus Curti. li. viii., Cepit postulare si uir esset, postero die secum ferro decerneret, Nõnunquã maritũ significat animalibus adiũctum uocabulũ, Vir. Vir gregis ipse caper, Est quoque quando uir ad ætatem & probitatẽ nõ ad sexum refert. Spernier. Sperni, er adiicitur more comicorũ p paragogen uti potestur pro potest, Diomedes. Noctua Instar Vir Spernier

Vitio damus. Vituperamus. culpamus. Terentianum ex Andria.

ASIST. Immo uiri nõ fœminę. BVT. porcos, sues
Scrofas graues uos iudico per Herculem
Nunquam ædepol homines suatim grunniunt.
LIX. Et tu haud homo es, sed mõstrũ abortiuũ nimis.

Scelefte & impudice leno trifurcifer
SA.Buftirape,uerbero fugax,fugitiueq;
HE.Socifraude flagrio,nequam nequiffime.

Immo etiam. hoc aduerbio oftendit quis prompte & inftãter agere q̊d promifit. Non fœminæ, Idonei auctores a fœmine dictas putant fœminas,aut quia in fœmine difcretio fex⁹ eft,Vel quia fœminibus fũt craffioribus,Vel ꝙ in uenerẽ funt magis pronę,cuius fedes in femorib⁹ effe fertur,Iuuenalis,Ac fummũ dñæ femur exclamare coegit, Vtcũq; fuerit,illud apud Ariftotelẽ conftat de animalibus uolumine ix.Malici

Fœmina

ofiores,aftutiores,infidiofiores fœminas effe,quas Pittac⁹ regẽdas a viris docet,Ediuerfo mares animofiores,fimpliciores,minufq; infidiofos, fœminarũ igitur familiares effe dicuntur artes,doli,fraudes,decipula. Extant apud græcos uerfus παροιμιώδεις.i.prouerbiales de fœminis. Qualis ille θησαυρὸσ ἐστὶ τῶν κακῶν κακὴ γυνη.i.Thefaurus eft malorũ mala fœmina,Item θηρῶν ἁπάντων ἀγριώτερα κακὴ γυνη,feris omnibus truculentior mala fœmina,Item θάλασσα, καὶ πῦρ ⁊ γυνὴ κακὰ τρία, Mare & ignis & fœmina mala tria. Itẽ πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστὶν ἔχει δ᾽ ἀγαθὰς δύο ὥρας τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ τὴν μίαν ἐν θανάτῳ id eft omnis mulier bilis eft,habet aũt bonas duas horas,unã in thalamo,unã in morte,Et illud Efopi κοῦφον τὸ τῶν γυναίκων ἐστὶ φῦλον.i.leue eft fœminarũ genus,in quibus fidem cernere nõ datur. At contra earũ auariciã illud extat prouerbiale,Nec mulieri nec gre mio credendũ,fed iam receptui

Suatim
Canatim

canã,Nã uindicta nemo gaudet magis q̃ fœmina,Et fapiẽs inqt Periander,πᾶσιν ἄρεσκε id eft omnibus placeas. Porcos uiros non effe facile cõprobat ex incõpofita uociferatione fuatim grunnientiũ. Porcus fabi

Grunnio
Grundiles lares

num eft uocabulum ut fcribit M.Varro. Sues. fus a græco dicit,illi ẽm σῦς συὸσ dicunt,id eft fus fuis,fcrophas intelligi uolunt quæ fæpius enixę,Sues quę femel,fœminino genere Horatius fuem protulit,Virgi. genere mafcu.Aulus Gel.li.xviii. Suatim. more fuum,ficut canatim & bouatim auctore Nigidio in cõmento grammatico,Grunnire fuum eft clamor,Feftus,Cicero in tufcu.quæfti.Iuuena.faty.xv.Veteres etiã grundire dicebant,Vnde lares grundiles dicuntur Romę conftituti ad honorem fcrophæ,quæ triginta pepererat porcos, Diome.Anto. Geta romanus imperator hoc familiare tenuit ut grãmaticis quęftiones proponeret,dicerent quomodo fingula animalia uocẽ emitterent, Onomatopœa tropos fictio nominis eft,græcis inter maximas habita uirtutes nobis uix permiffa,Quintili.li.viii. Et tu haud es homo, Hominis ap

Homo

pellatione mas & fœmina continet,Ser.Sulpi.in epi.ad Ciceronem.Et illud Satyrici comprobat,licet & mare cœlo cõfundas homo fum,Hominem Varro bullã effe dicit,Varia tñ apud fcriptores hominis eft finitio,Philofophi ex anima corpore & umbra cõftare dicunt,Sacris literis

nō nihil poetæ ſubſcribunt,hominē eſſe dicentes cinerem & puluiſculū
Perſi.Cinis & manes & fabula fies.Hora.Puluis & umbra ſumus.Col-
ludit etiam Phocylides λυομένοι κόμισ ἐσμὲν ſoluti puluis ſumus,Quid
eſt homo inquit Seneca, quaſſum uas & fragile nudū & ſua natura in-
erme,alienæ opis indigens,ad omnē fortunæ contumeliā proiectū &c.
Et ut Plautinus ait prologus,quē dii quaſi pilā habent.Et tñ cum neq;
miſerius nec fragilius hoīe ſit quicq̄,eodē nihil eſt ſuperbius nihil itē cru
delius.Vnde Plauti mercator hominem homini lupum eſſe lepidiſſime
oſtendit.Plato hominē eſſe ludibriū dei ſcribit.Finiuit præterea hoīem
hac oratione.Animal homo eſt bipes ſine pennis,quæ finitio Diogenis
reprehenſione nō caruit,eo ꝙ cōmunis & uaga nimiū eſſet. Abortiuū,
quod & abditiuū dicimus,Abortiuū inquit monſtrū non uulgare uult
dicere,turpiſſimū,immaturum & informe. Leno. nomen eſt ſacrile-
gum & iniuſtum eius qui iniquitatē agit,iniuſticię patrocinatur. Conui
cium igitur acerbiſſimū,ſic Teren.Vah leno.A perductore hoc differt.
Qꝛ perductor earū eſt perſonarū in quibus ſtupra exercita legibus uin
dicant. Leno ſcortorū. Lenociniū facere quis dicat apud Vlpianū eſt Leno
li.iiii.digeſtorū,& lenocinari uerbū inuenies apud Plinium in epiſto.dtō
iunctū ubi ait, cū illi neceſſitas lenocinet.Item quāq̄ libro iſti nouitas le
nocinet, Trifurcifer. tri particula augificat.Plau.in aulu.Non fur ſed
trifur, Buſtirape. buſtorū temerator & uiolator,unde caluariam ra-
puiſti.Pœna per Solonem in ll.conſtituta fuit. Si quis buſtum aut uio-
laſſet aut deieciſſet. Fugitiue. ſeruile conuicium.Cæterum Varro a Fugitiuarium
fugitiuo fugitiuarium dixit locum. Socifraude, perfide in ſocios.

ARIS.Nihil reſpondes? digne qui crucium feras
BVT.Etiam peroraſtis ne tandem? inania
Omnis boni mancipia blaſphemi nequam
Vel ſic putaſtis hoc iocale de ſinu
Meo exterebrari poteſſe,aliter fuit
Agendum apud malignum & infamem uirum
Qui nullam honoris aut probri rationem habet.

Digne qui crucium feras. ſuppliciū,a cruce cruciū trahimus analogi Peroro
cos,ſicut a luce luciū.Antelucio inquit Apule.uolo ire,Et cruciarius di-
gnus cruciatu.Cruciū uinū dixit Lucilius,a cruce Plau.etiā cruciſalum
deriuauit in bacchidibꝰ,& cruciabilitatē in ciſtellaria. Nequiſſime neq̄
Quis proprie neq̄ dicat.Au.Gel.caput habet li.vii.ca.xi. Peroraſtis ne Nequam
tandē? finiuiſtis ne tādē orōnem.Et ꝑorare alias obtinere ſig. Dona.in
ecy.Quintili.in cadauere filii ꝑorat.Luca.in x.phar.facies inceſta ꝑorat

Plura Cicero de peroratione in secūdo libro de inuentione, quā Victorinus epilogum uocat. Tandem. Expletiua particula hoc in loco, Cicero. Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra, alias pro tñ & nonnunq̃ pro saltem. Inania. uacua carentia. Mancipia. Conuiciū hoc a conditione tractum. Mācipia uero ꝙ manu capiant, & puella seu uirgo mancipium in Eunucho Terentiana dici reperitur. Blasphemi. maledici execrabiles, græca est uox. Illi em̄ βλασφημέω id est maledico pronunciāt, Vel, etiam. sic Blasphemando. Hoc iocale, preciosum monile aut torquem aut huiusmodi ornamentū condaliū uel annulum & cætera id genus iocalia dicūtur, quorū Plautus in menechmis recordatur. Exterebrari. terebra instrumentū ad terendū mordendūq; aliquid, instrumentū hoc genere fœminino a latinioribus enūciatum Vitruuius Pollio de architectonica uolumine x. Plinius lib. vii. ab artifice Dędalo inuentam fuisse memoriæ prodidit, Columella li. iii. ca. ix. uerbum terebrare duxit a terebra ubi ait. Quibusdā antiquorum terebrari uitem placet. Vir. li. ii. æneí. Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras, Persius sa. v. digitis terebrare salinū, Scobem id uocamꝰ q̃d per terebram & serram in perforandis lignis teritur atq; educitur. Potesse. posse ἀρχαϊσμός, Plau. in menechmis. Clanculum te istec flagicia facere censebas potesse. Et possetur pro posset, poteratur pro poterat, potestur pro pōt antiq̃tas ꝑtulit. Aliter fuit agendū. sentētia hæc κωμικῶς dicta uerissima est, cui Plautinus orator subscribit, ubi inquit Iusta ab iniustis petere insipientiū esse, & malos fugere quęcunq; bonū oportere Solon admonēs ait κακοὺς μίσει id est malos odi. Et Cato sapientiss. ἀγαθοῖς ὁμίλει bonis conuersare, Item Pythagoras ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος fac amicum quicunq; optimus. Sciendum tñ grauissimas in comœdiis sententias dari seruis personisq; ridiculis, eo consilio uti delectent. Quale est apud Plautum, ubi miles suam admirat̄ fortunā, ait em̄. Nimiam miseri am nimis pulchrū esse hominem. Et Sosia Terentianus. Ne quid nimis, q̃d sic græce sonat μηδὲν ἄγαν neq; nimium. Sed ꝙ personę uiles sunt, nec dehonestat̄ sententia. Nam prouerbii uice antiquissimis celebratus est uersiculus iste, Sępe etiam est olitor ualde opportuna locutus. Tu q̃d sententia sit apud Virginium Cornificiū uel Ciceronē comperies quarto rhetoricorum. Apud malignum. consuetudine maliuolū & infamem uirum, inhonestū & defamatū, improbum et impurū. Qui nullā habet rationem. respectum. Honoris aut probri, opprobrii, flagicii, dedecoris, Pro maledictis & conuicio probrum sumitur nonnunq̃, Cicero ad atticum. Epistolas multi legerūt plenas omnium in me probrorum, Vlpianus iurisconsultus probrum & opprobrium idem esse cēset.

Mancipiū

Iocalia

Terebra

Terebro

Scobs

Potesse

Possetur

Poteratur

Quid in comœdiis delectet

Probrum

Frugi homo ueretur opprobrari & obloqui

Famamq; denigrari obitam iniuriis.

Contra infimatis quilibet sycophantulus
Laudes & opprobria inuicem iuxta æstimat.
Maledicta hæc benedictiones arbitror
Quod si uelitis bellum hoc & lepidum HE. quid est?
Ai, SA. quid est? modo dice pax LIX. agedũ quid est?
ARIS. sinite eloqui quod deglutator cœperat.

Frugi homo. a græcis χρήσιμος nomen est indeclinabile. Apud Romanos Lucius Piso primus frugi cognomentũ habuit, Cicerone in tusc. quæsti. & Asconio Pediano auctoribus, Vnde Luciũ Pisonem asperna ri dicit moribus nomẽ familiæ suæ inditum, Donatus utile interpretat, hinc seruus frugi hoc est utilis & prope necessarius. A fruge frugi sicut a nihilo nihili Priscianus deriuat in ca. denominatiuorũ li. iiii. Ennius annalium ix. Pro frugi hoĩe frux homo scriptum reliquit q̃d adiectiue accipimus, Vetustissimi em̃ (teste eodem li. v. & frux & fruges ntm̃ protulerunt, Inde dtũs frugi figurate cum oĩbus aliis casibus & generibus potest adiungi, quemadmodũ cordi & gtũs nihili & cętera, ut frugi homo frugi hoĩs, nihili homo, nihili hominis, cordi homo, cordi hoĩs &c. eodẽ Prisciano auctore li. vi. & li. xviii. Opprobrari. maledicere, conuiciũ facere, & obloqui. contra loquentem loqui. Seruius in vi. cõmentario & pro detrahere accipere solemus, Nam qui cõtra aliquem loquitur ei detrahit, Obitam, subiectam obrutam subductam. Contra. ediuerso, econtrario, econtra, quod latinum esse negant Cicerone refragante in Bruto. Econtra tenues acutiora docentes, & Apuleio li. metamor. ii. & Seruio in duodecimo cõmentario, Vlpiano de transactionibus, Marcello & Africano iurisconsultis. Quilibet sycophantulus infimatis, infimo loco natus, sicut summatis prępotens & summæ conditionis ac potentiæ. Apuleius, beniuolis præceptis summatis deæ recreatus. Æstimat iuxta. prope, Salustius, Horum ego uitam mortemq; iuxta æstimo. Aduerbium esse Priscia. docet li. xiiii. Maledicta hęc bene. arbi. Malorum hominum iste est arbitratus. Sapiẽs Cleobulus aliter nos monet κακολογίας ἀπέχου dicens hoc est maledictionẽ abstine. Et Pittacus. Ne inimico quidem maledicere permisit. Maledicta dicta iungit Plautus in asinaria & curculione. Quibus aures in linguam confluunt Zeno non probat philosophus, Et Plautus. Mali sunt homines qui dicunt bonis male. Indignis si male dicatur maledictum id esse Plautin⁹ Curculio diffiniuit. Verum si dignis dicatur benedictum est meo quidem animo.

Quod si uelitis bellum hoc & lepidum. eclipticos, figura hęc familiaris est comicis, bellum hoc, id est scitum, decens, pulchrum, a quo bellulum dicimus & belle aduerbium. Et lepidum. politum, id em lepidum si-

Frugi
Obloquor
Contra
Econtra
Infimatis
Summatis
Iuxta
Bellum

gnificat,a λεπὶσ.i,lamina,Donatus in andria eos in quo leporis eſt plu
Lepidum rimum lepidos dicit,Nam lepos uenuſtas eſt, Bellum hoc & lepidum.
Lepos Arte utitur ſemiplena dicendo ut interrogare cogat auidos,& deeſt ui
apoſiopeſis dere per apoſiopeſin.i.reticentiã.Concurrunt aũt perſępe eclipſis & apo
Aio ſiopeſis.In utraq; em̃ aliquid deeſt. Ai. Aio eſt uerbũ ptõ perfecto de-
ficit,coniugationis eſt quartæ,quod imperatiuus probat i finiens,Neui
us,ai aut nega,& Actius aibant pro aiebant.Quod in hac cõiugatione
Dice fieri ſolet,Priſcia.li.x.Dice pro dic per ἀρχαϊσμὸν & ita poſitũ apud ue-
teres reperitur eoſq; eruditos,quemadmodũ face & duce,auctor eſt Di
Agedum omedes. Agedum, hortantis eſt,adiuuans ex animo loquentẽ.Terẽ.
Agedum hoc mihi expedi primum.Age ſingularẽ numerũ deſyderat
agite pluralem.Agedum utrunq;. Sinite eloqui. effari quod degluta
tor,lurcho,heluator,a uerbo glutare q̃d & glutire dicimus, Feſtus,

BVT.Q; ſi uelitis pulchrum hoc & lepidum ſimul
Iocale,quod dudum ſinu inſinuaueram
Oculis uidere ac digitulis contingere
Non uerbera,at uerba opus erunt mellaria
Rogationes,ſupplicatio frequens
Exoſculatioq; item hymnus & preces
SA.hoho deus larualis iſte ganeo
Gurguſtio utetur pro æde me hercule
Vult ſupplicari ſibi quaſi cuidam deo.

Digitulis contingere, diminutiuũ decentiſſimũ poeta formauit. At
uerba opus erũt. Diomedes apud ueteres rep̃iri putat ferme cũ om̃ica
ſu opus eſt,ueluti.Eſt opus mihi hæc res,huius rei,huic rei,hãc rẽ,hac re
Opus eſt Sed obſeruandũ maxime,ne nos(uti græcos dicere cõſtat)itidẽ loqua
mur.Illi em̃ χρεῖαν ἔχω uſum uel opus habeo,& χρεῖαν εἶχον opus ha
bebã.Nos uero opꝰ eſt mihi,& opus erat mihi, Verũ eſt opus illã rẽ,nõ
opus eſt illa re,inquit Donatus in an.Ego ad emẽdandũ textũ in andria
hęc dixiſſe Donatũ affirmauerim,Nã in Phor.caſui auferẽdi conſtruit,
ubi ait quid uerbis opus eſt. Verba mellaria mellita,melle cõdita,dul
cicula,A melle trahunt mellicula mellilla & mellaria Plauto & Apule-
Mellaria teſtibus.Verũtñ mellaria proprie dicimꝰ loca ubi apũ ſiti ſunt aluei,M.
Varro in agricolatione li.iii.& Au.Gel.li.ii.quæ loca mellitonas & mel
litrophia nec nõ apiaria uocare cõſueuerunt. Rogationes. petitiones
Rogo Nã rogare p̃ter cæteras ſignificantias etiã poſcere ſignificat,Plau.in aſi
naria.Spectandus ne cui nã ullũ det neq; roget.Cæterũ rogationes q̃ a
romanis magiſtratibus fiebant ad populũ quales fuerint non latet nos,

Supplicatio quoq; frequens. Supplicationes ſupplicia quoq; dicunt̃, Sa
luſtius in Catilina. Non uotis neq; ſuppliciis muliebribus auxilia deoꝝ Frequens
parant̃. Frequens dicitur q̃d non modo adeſt ſed adhæret etiã. Dona. in Hymnus
andria. Vnde militem apud ſigna frequentẽ appellant hiſtorici. Itẽ, ſimi
liter itidem ὕμνος laus ab ὑμνέω quod laudo deos proprie ſignificat.

Ho ho, mirat̃ Salax hunc de ſupplicationibus & hymnis dixiſſe tãq̃
ſe deum adorari uelit, larualem igitur deũ uocat, q. d. deꝰ ſi eris, laruialis Larua
deus nobis habebere. Laruas a Martiano manias accipimus dici. Au-
guſtinus & Apuleius in dęmonio Socratis ſcribit animas hominum de
prauatas & malis uitæ meritis maculoſas, quę a corpore ſeiugatę terri-
culamentũ ſunt mortalibꝰ, occurſaculaq; nocturna laruarũ contineri
nomine, Hinc laruale, deformatum, pallens luridũ, euiſceratum, emacia Larualis
tũ ac prorſus horrendũ ſicuti larua eſt. Hinc etiã laruati. i. furioſi & men
te moti, quaſi laruis exciti, Apud Horatiũ Larua pro perſona accipitur
& neſcio an aliubi reperies. Ganeo. ueteres ganeum meretricũ tabernã Ganeum
dixerunt ἀπὸ τῆς γῆς. i. a terra, ꝙ ipſa ſit in terra, Hinc ganeo deduci- Ganeo
tur qui ſequit̃ meretrices. Facecia de guloſo quem & ganeonẽ dicimus
a Marulo mimographo extat. Tu Hectorẽ imitaris, ab ilio nunq̃ diſce-
dis. Gurguſtio, tuguriolo, caſula, domuncula ex uiminibus cõcinna- Gurguſtiũ
ta ad præhendendos piſces idonea. Plautus in milite piſcium uocat ex-
cipulam, ab eo latiniſſimꝰ Apuleius (quem quidã minus latinum, ꝙ no
uator ſit uerborum exiſtimant, ſed non legunt in tertio de oratore Cice
ronẽ. Nouationem ſi decens fuerit ad illuminandã illuſtrandamq; ora
tionẽ pertinere) gurguſtiolũ ὑποκοριστικῶς formauit. Iob in ſacris literis
ca. xl. commeminit, Supplicari. diis proprie ſupplicamus, quod in Supplicio
aduerſis malis uel cum lachrymis fieri ſolet, Plautus in rudente, Si quis
pius eſt diis ſupplicans.

BVT. quid tum Salax? ubi hiſtrionum ſim deus
Nonne hiſtrionica arte plus præpolleo
Præ cæteris quos nunc ſciam iocularibus?
Sed ſupplicate uos breui, eſt paucis opus
Nam id quod fero dignum eſt pio ſupplicio.

Plus præpolleo. præualeo, plus poſſum, a quo uerbo ueteres pollen Prępolleo
tiam dixerunt. Plau. in ruden. Ne ineptorũ potior ſit pollentia. Quos Ioculares
nũc ſciã iocu. Modeſte agit futuris nihil p̃ſcribẽs nihil detrahẽs. Verũ
enĩuero illa modeſtia ridicula eſt in ludione, queadmodũ ſententiæ in
ſeruis comicis, Iocularibꝰ, hiſtrionibꝰ ioco & ludo deditis. Sed ſuppli Suppliciũ
cate uos breui. uerbis breuibus & paucis. Breui particula Ciceroniana
in hoc ſignificatu. Nã id q̃d uero dig. e. p. ſ. pia & religioſa ſupplicatione
Velut religis ſacris honorẽ ſuo exhiberi uult iocali, Attentos itaq; face
re non deſinit.

ARIST. Tibi ne an iocalibus litabimus?
BVT. Vtriq;, nam quod geſto dicitur ſacrum,
HEL. O ſtende, monſtra, ſocietas una expetit.
BVT. At fiat, Ecce, accipite quæſo uaſculum
SAL. Vis dicere hanc laruam? BVT. dii te laruent
Quid laruam? eris laruatior manendeis
Si pergis hoc loqui modo, mutito heus.

Lito — Tibi. q.d. quando deus hiſtrionũ & dici & haberi uis. Litabimus?
te an Iocale propiciabimus? Litare propiciare deum ſignificat, & ſa
crificio facto numen placare, Auctor eſt Macro. Hinc illud Plautinum
ex Penulo, Tum me Iupiter faciet ut ſemper ſacrificem nec unq̃ litem.
Nam quod geſto. Cauſam adiicit, dicitur ſacrum, Sacrum quid ſit
Imperator docet Inſtitutionum uolumine ſecundo de rerum diuiſio-
Sacrum — ne. Quem librum qui citant inſtituta, præfationem non uidentur im
peratoriam legiſſe. Et digeſti ueteris epiſtolã, quę limen operis intranti
ſit obuiã, Sic imperator, uiris illuſtribus cõuocatis mandauimus ſpe-
cialiter ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſq; ſuaſionibꝰ, inſtitutiões com-
ponant, Non dicit inſtituta, ſed inſtitutiones, Inſtituta igitur appellan
tes de iure ciuili non ciuiliter loquuntur, Hi ſunt (ſed uerbis utar Colu
mellæ) ſine quibus ſatis fœlices fuerũt futuræq; ſunt urbes, Labeonẽ
Antiſtium legimus in iure ciuili doctiſſimum ſcientia præſertim grã-
matica ad enodandos plærosq; iuris laqueos peruſum, quam noſtri le
gulei refutant & abiiciunt, Inde eſt ꝙ infantiſſimis nonnunquam glo-
ſulis portentoſa uidemus interpretamenta, peſſime de tam eleganti la
tinitate meritorũ, qualia ſunt, olfecit ideſt naſum ad culũ poſuit, Et fœ
num eſt herba ſicca, Item de legatis. iii. ubi legit. Hypothauſtra locum
Verba Philippi Beroaldi — exponit ubi cubant ægroti, Item Cæſar innatum dicit cuidam ineſſe
ſtudium, ait gloſator, ante natiuitatem & poſt natiuitatem fuiſſe ſtudi
oſũ, Item de legatis. iii. Lances duas leues, quas de ſigillaribus emi, Dii
boni quam friuola, quam futilis, & quam ridicula interpretatio, ubi ſi-
gillaria pro genere uaſorum exponuntur, mox tanquam aliquid lucu
lentius excogitaſſet, ait eſſe genus uẽditorum, Eſt ne hoc interpretari
leges an inquinare? talia interpretamenta candidatos legum inficiunt
haud dubie, non inſtituũt, Habet tamen hic egregius enarrator ſecta
tores nõ paucos adeo addictos, ut nefas eſſe exiſtiment piaculumq;
committi, ſi uel unguem latum ab ipſius interpretatione diſceſſerint,
tanq̃ unus atq; unicus ſub omni cœlo ſit iuris ciuilis illuſtrator, qui
non tantum cutem ſed ſanguinem & medullam legum poſſit eruere,
Inde nomen Accurſii merito ſibi uendicet, ſed tardigradus recurrere
& ſæpe ſtupens alucinari uidetur, pręſertim ſub titulo depoſiti ubi di-

ctionem Costrophinati explicaturus, ait, uel dic nescio, Ingenue nimi-
rum confessus, nec usq̄ melius, cui pro grāmatica & historia auctor est
Vgutio. Vnde caninum (uti ueteres soliti sunt dicere) studiū efficiunt,
q̊d a maioribus neglectum, a nobis etiam concessum &c. Dictitant aūt
leges scire non esse uerba earū scire, sed uim & potestatem retinere, In
utroq; tn̄ aliquando cecutiunt & halucinant̄, Vtcūq; M. Cicero hanc rē
discutiat in orōne pro L. Murena ad iudices, nos hæc missa nunc facia-
mus. Ostende, monstra. Vnde ostentum & monstrū. Sed ostendūtur Ostendo
proprie quæsita. Societas. uno uerbo beniuolentiā captat. Non em̄ Monstro
petimus histriones sed socii, quibus plus q̄ ludionibus iactanticulis de-
bes, & a re ipsa, nō petimus inquit sed expetimus. Expetimus tm̄ ea quę Expeto
honesta sunt & plane bona. Vnde de rebus expetēdis a philosophis scri At
ptum est, quæ scilicet peti debent. At, inceptiua particula apud uete- Ecce
res. Dona. in adel. Nonnunq̄ etiam perturbationi congruit, Ecce. ad-
uerbium hoc non ponitur nisi rei horrendæ & repentinæ significandæ
gratia. M. Ciceroni & poetæ Virgilio familiariter usurpatū. Vir. Ecce
aūt gemini a Tenedo tranquilla per alta. Inopinatū pronūciat malum
& graue satis ac uehemens, & rem semper improuisam neq; ante anim
aduersam. Vir. li. xi. Ecce super mœsti magna Diomedis ab urbe, Item
lib. vii. Ecce aūt inachiis sese referebat ab argis, Vis dicere. h. l. Dii te lar-
uent, cerritum faciant, lymphatū & insanum furore percellant. Plautus
Certe laruatus es aut cerritus. Cuius nominis primam nuper german•
poeta corripuit, dicente Horatio. Cerritus fuit aut cōmotæ crimine mē
tis. Laruatior terribilior. Manendeis. diis manibus, laruis terricula Laruatus
neis, rustici ozellos, græci phantasmata uocant, ut est apud Plinium iu- Cerritus
niorem in epi. Plutarchū. Festum. Marcellū. Apuleium de deo Socratis Manendei
Mutito heus. Mutire ueteres pro loqui usurparunt. Ennius, Palā mu
tire plebeio piaculum est. Persius, Saty. i. men mutire nefas.

HE. Papæ, cadauer tanti hoc est testaceum
Lutosum & argillosum & horridulum caput
Formido formam, & ossa mortui horreo.
BVT. quam delicatus hic formosulus puer
Num tu os times apelle seu demortuum?
Os extimescas si sapis trilinguidum
Et uuidum & pilax. LIX. homo hic ex stercore
Vbi uolet facit aurum, habenda est gratia
Bene statur, præstygio hoc salui erimus.

Papæ, admiratio surgit Heluoni ꝙ tanti caluariā facit Buttubatta. Papæ

Ea em̄ interiectione utimur quoties mira subito accipimus, Terē. in Eu.

Cadauer — Cadauer testaceum. Cadaueris uoce Seruius appellat funus, græci νεκρὸν. Inde famigerata illa magię species necromantia siue necyoman

Necromātia — tia ἀπὸ τοῦ νέκυος a mortuo, & necromantici, quorū incantamētis mortui resuscitari, diuinare, & ad interrogata respondere uidentur, Qualia cernere licet apud Homerū de Vlysse, factaq; euocatio apud Siliū a Scipione, Apud Valerium Flaccum ab Æsone, Apud Papinium a Tiresia,

Testaceus — Apud Horatium a fœminis ueneficis. Testaceum ex testa, Lutosum. olidum, ex luto obsoletū cœnosum. Et argillosum, Cretosum & pingui cœno lutatū, horridulum, tetrum & euitabile. Formido formam. Horreo & terreor aspectu ipso. Et ossa mortui horreo. deuito, defugio declino, Quam delicatus. uerba retundit Heluonis Buttubatta id est princeps stolidus, qui quoties ab aulico uano nullaq; sapientia prędito possidetur, delicatum & formosulū quem habet ipse, cæteri formidant. Nunc tempus auspicandæ moralitatis ex hypothesi, scite pensitando q̄

Os apelle — sequuntur. Os times apelle. Faciem sine pelle, sine corio, sine cute, recutitum. Si sapis trilinguidum. uafrum, malignū, uafriciis uersipelle & fallax, ad animum refertur. Os em̄ nullum est q̄d tribus linguis abundet. Sententia igitur est, In bonam quoq; partem accipit̄ trilinguis. Apu

Trilinguis — leius xi. metamor Siculos trilingues appellat, hoc est tribus linguis loquentes. Diuus Hieronymus uocat hominē pentaglottam .i. quinq; linguem, qui omnibus quinq; græcorum linguis loquatur, Et Q. Curtius de branchidis li. vi. Sed iam bilingues erant, paulatim a domestico ex-

Pilax — terno sermone degeneres, Et pilax, pilosum, pilis obsitum, horrendum, crinitum et comatum. Homo hic ex stercore, Sic Marcus Cice. in orōne pro Planco, q̄d dixisti dum Planci in me uerbis meritum extollerem, me arcem facere ex cloaca lapidemq; ex sepulchro uenerari pro deo. Allegoria decentissima hic fit, si ad hypothesim cōferas. Ex hominibus enim eiusmodi principes aurum faciunt & deos populares. Cætera tute supputabis. Præstigio hoc salui erimus. commercabimur, corrade

Præstigiū — mus, quod ad esitandum sit & ad saturandam parasiticam conducat ingluuiem. Præstigio. Vaframento ad ludendos homines. Præstigiorum inuentorem Mercurium fuisse scribit beatus Augustinus, & repetitur in decretis canonicis xvi. q. v. de uoluptate, ab eo q; mentis oculos præstringant dicta.

Nam Buttubatta dum famelica est lues
Hoc arido osse præstito mendiciter
Laboriosos agricolas commoueris
Vt quisq; ductus relligione obolum offerat
Quæcunq; anus, quicunq; sunt silicernii

Vetuli,ueternosi,cibarium dabunt
Exosculabuntur sacrum(ut tu fers)os hoc
Finges quoq; & diuinitatem aliquantulam
Peccata contemplatione piaculi
Remittere,indulgere ita reatibus
Defendere a plutonio illos tartaro
O mentis humanæ furem.BVT.quid clamitas?
Ecquid latras? aut quid rabis? rauce rabula
An non mihi recte licet quod est frequens
Triuiale tritum & usucaptum ædilibus.

Dum famelica est lues. Esurialibus feriis ingruentibus,fames est quę malesuada epitheto latinissime patēte a Virgilio significat. Miserrima siquidē famis est lues,græcis clamitantibus λιμῷ οἴκτιστον θανέειν fame miserrimū est mori. Hoc;arido osse, sicca & leui caluaria. Mēdiciter erogāter per mēdicationes & mēdicimonia,Laboriosos agricolas,simplices & agrestes,quos noua permouet superstitio. Vir.li.viii.Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes.Tria hominū genera enumerat superstitionib⁹ obnoxia.Caluaria si qua apud principē est,hos terret,hos uexat,Hora.Quicqd delirāt reges plectunt achiui,Ductus relligione, metu,superstitione.Stati.Primus in orbe deos fecit;timor,Offerat obolum nummū minutulū,Inde diobolare scortum,q̊d duobus obolis conducitur apud Plautū.Anus;uetula mulier,cadauerosa atq; annis obsita.Q. anus peculiariter delirent uocabuli docet etymon,ab a particula priuatiua ε̃ νοῦσ, q sint sine mēte & sensu.Prouerbiū est apud gręcos de his qui delirāt & nugant γράων ὕθλος uetularū nugæ. Apud Virgi.li.vii. æneí.festiuiter irridetur anus a Turno, Silicernii,senio incurui.Silicernios hos dicimus senes qui longa ętate incurui sunt,silices ex inflexione cernentes,aut cū iamiā silentibus umbrisq; cernendi sunt. Hoc Donati prius etymon Placiades probat,Seruius quoq; silicernii in alio significatu meminit li.v.æneí.Veternosi,languidi,morbidi,ueterno laborantes graui somno pressati.Veternū ut inquit Prob⁹ medici λήθαργον lethargum uocant,phrenetico morbo contrariū,in quo marcor sit,& inexpugnabilis pene dormiendi necessitas,cui nisi succurratur celeriter iugulare,Plini.uolumine undeuigesimo pręcipit ueternosis raphanum quam acerrimum esitent,ad succurrendum medendumq; morbo ueterno.

Fames
Agricolæ
Diobolare scortum
Anus
Silicernii
Veternū
Lethargus

Cibarium. sordidum comedonibus uictum,cibatū, substatiue acceptū hoc nomē cibū eiusmodi signi.malignū.Sex.Iulius Frōtinus li. iiii;

Cibarium

Vlpianus li.xxxiii. digeftorũ,Plinius li,xi.Hora.li.ii.odarũ,cibaria ex
ple.Sed Porphirio legit Ciboria.Colu.li.ix. Quaterni cyathi diurna
inquit cibaria funt,quæ numero multitudinis pronunciari debere fcri
bit Diomedes,Marcellus ἑνικῶς .i,fingulariter protulit,fed fere femp
apud latiniores fcriptores adiectiue cõperies Vñ cibarius panis apud
Corne.Celfum,apud Apuleium,& M.Ciceronẽ in v.Tufcula.Ciba-
ria lex, uilitas cibaria, uua cibaria, uinum cibarium Marc⁹ Varro
dixit,Idẽ frater cibarius fuit Ariftoxenus,ubi cibarius hõ improprie
quidem,fed fcite accipitur pro fordido & plebeio ac proletario, Ex-
ofculabuntur. (ut tu fers)q.d.nõ omniũ opinione facrũ fed ut tu fers
Piaculum Contem.piaculi ut q contemplentur hoc piaculum, piaculũ dignius
expiatione quã ueneratioue uult dicere,creteũ piare eft expiare, huius
contrarium impiare,a piando piaculum commiffũ propter ꝗd expia-
tio adhibetur,Ser.li.vi.æne. A plutonio tartaro. Infernarum pœna
Tartarus rum carcere,Plato Tartarũ effe putat receptaculũ in quod omnia ca-
dant flumina,rurfufq; inde effluant,Inde tartarinus,fic poeta,Corpore
Indulgeo tartarino prognata palude uirago. Indulgere ita reatibus. Vfus ifte
inueterauit & obtinuit falfa confuetudo ea tenus,uti indulgere pro re
mittere accipiamus,ufus inquam auctoritatẽ & regulam rationẽq; fu
perans,Vnde merito cõfuetudinẽ dominam rerum maximeq; uerbo
rum Gellius uocauit.Terenti.proprie uerbo indulgere utitur in tertia
comœdia,ubi ad Menedemũ Chremes ait,ęgre nimiũ illi Menedeme
indulges,Vbi Calphurnius, nullum magis proprium uerbum inueni
re potuiffet de patre qui omnia filio permittit.Et in Eunu.Eiiciunda hęc
eft mollicies animi,hercle nimis me indulgeo, & alibi,te indulgebant,
fic ueteres, ꝗd nos mihi dicimus,Vale.Max.caput habet de indulgen-
tia, ubi documentis plufquã aliqua parerga ideft digreffione interno
fces,Poeta nofter ufus eft uerbo indulgere more populariũ. Reatibus
Reus culpę criminibufq;,Meffala primus auctore Quinti.reatũ dixit.Reus
Reatus autẽ(unde reatus nomen ductũ eft)is dicitur,qui caufam dicit,qui ar
guitur,& item qui quid promifit fpopondítue ac debet,Ælius Gallus
Fur eft auctor li.ii de uerborũ fignificationib⁹,& M.Tulli.de oratore li.ii.
O mẽtis h.f.feductorẽ,a furuo dici furem auctoritas ueterum romano
rum confentit,id eft ab atro, ꝙ per obfcuras atq; atras noctes oppor-
tuna fit eis mali effectio,furtis præeft διάκτορος.i,mercuri⁹ fic dictus grę
ce,ꝙ internunciũ fe gerat.A Fulgẽtio furatrin⁹. Quid rabis? latras
cum rabie blateras.Varro quid eft,quid laceras,quid rabis.Inde rabu
læ litigiofi,& aduocatus hoc noĩe dicitur,uel patronus de foro,Cicero
Triuialis in oratore,Salu.Canina facundia exercebatur. Frequẽs triuiale. uul
garium & paffim in triuiis ufurpatũ,a triuio triuialis,& magiftri triui
ales a Quintiliano dicunť qui in triuiis docent,Calphur.in buco. Non
hoc triuiali more uiator.Sed deus ipe canit.Carmen ꝗq; triuiale,Iuue.

Communi feriat carmen triuiale moneta. Trahitur & ab eo aduerbiũ triuialiter, q̊d significat uulgo passim, ubiq;. Vsucaptum ædilibus. plebeis magistratibus ędes sacras & priuatas curãtibus, Ædiles ex plebe cõstituti sunt. Dionysius est auctor, & M. Cicero in vii. uerrinarũ. Pomponius iuriscon. Plutarchus in cęsare, & Fenestella. Vsucaptum, per usum uendicatũ, de qua uoce in cõmentariis topicorũ Ciceronis & apud Modestinũ iuriscon. Extat etiam titulus in legibus de usucapionibus.

SA. quicquid hoc ais, os impudicatum geris
Et feculentum & obsitum musco & luto
ARI. papæ quid est? HE. testus ubi lumbricos coquas
Seu humana testa uermibus gurgustium.
LIX. testudo nampe & bustuarium est caput
HE. fetet graue. SA. male putet ac fœdius olet
ARI. lauato saltem & pone subter imbricem
Cauum hunc ubi pluit, aut ahenum tollito
Aquæ calentis plenum, eo pollincias
Pollinctor ut solet cadauera munditer.

Quicquid hoc ais. Oratione quacunq; atq; exclamatione utaris, ornes insuper uerbis quibusuis, quantumuis. Os tñ geris impudicatum. impurum, spurcatũ, lutãtum, fœdum, obscœnũ, contaminatum & sordidum, feculentum, oblitum & uelut fece turpatũ. Obsitum, inuolutum cœno, sordibus et immũdicie, Dicimus etiam obsitos ęuo & annis. Virgi. Ibat rex obsitus æuo. Metaphoram esse genus eiusmodi orõnis dicit Donatus ab agris sumptam. Musco. lanugine, situ, squalore, a q̊ fit muscosus. Virgi. muscosi fontes, Luto, cœno argilloso, Papæ quid est. huic quoq; caluaria uidet̃, quam Buttubatta orõne longissima honestauit, aurum & reliquias sacras faciẽs, Testus, uasculum ad coquendum quarti ordinis, Inde testuaciũ q̊d in testu calido coctum est, ut etiã nunc matralibus inquit Varro matronę faciunt. Lumbricos, uermes. Lumbricorũ Columella meminit uolumine vii. ad exterminandos eos remedia scribens. Verum enĩuero proprie lumbricos dicimus teretes latosq; nonnunq̃ uermes aluũ occupãtes, qui modo ex inferioribus partibus, modo fœdius ore redduntur. Cornelius Celsus in ægrotantibus bonum esse signum docet, si aliqui lumbrici sub fine morbi descendant. Macer de bibito absinthio. Hocq; modo pellit lumbricos mollit et aluũ Profertur itaq; syllaba interanea siue medioxima extensa, Plinius li. xi. Piscem esse scribit nomine lumbricũ. Vermibus gurgustium, domuncula, uiuariũ, habitaculũ. Nampe. ἀρχαϊσμὸς. i. antiquitas pro nempe.

Feculentus
Obsitus
Muscosus
Testus
Testuaciũ
Lumbrici

Et bustuarium busto exemptum,in busto repertū.Fœtet graue,olidum
Bustuariū moleſtumcꝫ eſt nidore,Lauato ſaltem, ſi adorari uis immundā teſtam,
Saltem Saltem a captiuis nata uox,qui nihil aliud pter ſalutem expetunt,deſpe
ratis ita rebus,ſolam petentes ſalutem hac utuntur.Sic Teren.in an.Sal
tem accurate,ut metui uidear.Subter imbricē. tegulæ & ſtillicidio ſub
Subter iice,laua,elue,ne teneri religione ſordium uideamur,Subter præpoſitio
contrariā habet ſignificantiā ad ſuper.Cæterum utracꝫ tam actō q̄ab
latiuo iungitur,Priſcia.li.xiiii.Per imbricem ſignificare uult ſubiiciendā
teſtam impluuio & cōpluuio,ubi largius ſit ſtillicidiū,quod & ſtiricidiū
Stiria ueteres dixere,a principali ſtiria,Vir.iii.geor.Stiriacꝫ impexis induru-
it horrida barbis,Cuius diminutiuū eſt ſtilla,quæ cum frequēter cadat,
Caſito caſitare dicitur,Paulus iuriſcon.ff.de ſerui.urba.prediorum hoc uerbo
frequentatiuo eſt uſus,cum ait,Si ſeruitus ſtillicidii impoſita ſit,nō licet
dño ſeruiētis areę ibi ędificare ubi cœpiſſet caſitare ſtillicidiū,ſi ante ex
tegula caſitauerit ſtillicidiū.Sed ſubter imbricem dixit,i,canalem ſupi-
nam,unde ſolutior defluit aqua,Cauum igitur poeta dixit.Et iuriſcon:
fiſtulam appellat li.ff.viii.Imbrices ꝙ imbres capiant utrocꝫ genere di-
Imbrices cuntur,Seruius grāmaticus melius putat hanc imbricē dici,Plauto ſcri
Imber bente fregiſti imbrices meas,dum te dignam ſectaris ſimiā,Vir.de capi
Imbricitor endo loco ad creandas apes li.iiii.geor.imbricis mentionē facit, Imber
aūt cœleſtiū aquarum & pluuiarū agmen ſignificat,licet auctoritas ho
die uariet, Inde tempeſtas imbrica & ſignum imbricū,qualem dicimus
aquariū,quem græci ὑδροχόον uocant,& cœlum imbridum Palladius
dixit.Et deus imbricitor Apollo nominatur a Macrobio li.i.ſatur.græ
ce θυμβραῖος,Et imbricata cementa a Victruuio lib.ii, Cæterū a Plinio
imbricata linguę aſperitas in felibus,Itē li.xi.Vngues eſſe dicit aīalibꝰ
oībus quibꝰ & digiti,ſed ſimię imbricatos,hoībus latos &c.Itē inſecta
quędā imbricatis flexiliū uertebris.Significantiſſime uero polihiſtor idē
Plini.li.xx,q̄d p imbricatū intelligi uoluit oſtendit.Nā ſcribit Conizæ
duo gña,marē & fœminā differre folio,& ſubdit.Tenuius fœminæ &
cōſtrictius anguſtiuſcꝫ imbricatū maris & ramoſius.Romoſas itacꝫ cō
tortaſcꝫ ad capiendos imbres fiſtulas imbrices dicemus,q̊rum meminit
Pluit idē auctor li.viii.ca.vi.in fine. Vbi pluit. uerbū pluit ex his eſt quę ad
hoīem non pertinent,q̊d ad tertiā perſonā dūtaxat dicit̄.Poteſt tñ & in
prima inueniri perſona & ſecūda,per προσωποποιΐαν.i. cōformationē
poetę cuiuſdā uel reſponſum dei,aut per apoſtrophā quaſi ad ipſū Iouē
pſentē,Priſci.exceptę uocat actionis li.i.de cōſtructione. Ahenū tollito
ſume uas æneū in q̊ laues,ab ære,unde fit æreus & ęneus & ſubſtantiuū
per diphthōgi diſſolutionē,& p aſpirationis interpoſitionē,q̊d uas ſi ca
pacius fuerit,q̊ infectores utunt̄ cortina dicit̄,fit itē ab aheno ahenulum
Ahenum hypocoriſticos. Pollincias.emūdes & laues cureſcꝫ queadmodū ſolēt
Pollincere funerarii,hoc eſt funerū curatores,& pollutorū unctores.i. cadauerum
Funerarii Vnde pollinctū funus dicit̄ a pollinctoribus unctū,Nā pollincere eſt cu

rare ungereq́ cadauera. Plau. sicut pollinctor dixi qui eum pollinxerat. Baiuli uero portatoresq́ funerũ uespas & uespiliones a uesptino tpe dicimus, q̃ cadauera efferebãt. Et sandapilarii portatores sandapilarũ, qui & bustuarii & libitinarii. Sandapila aũt Fulgẽtio auctore feretrũ est & mortuorũ loculus q̃ nõ corpora nobiliũ, sed plebeiorũ atq́ damnatorũ portabant. Quod & capulũ nuncupat. Inde Capularis est senis nomen apud Plautũ. Et capulares rei, & capulare cadauer a Lucilio positum. Vespæ Vespiliones Sãdapilarii Bustuarii Capulum

BVT. quid si lauabo & largiter pollinxero
Num uultis ungento ut perungam exotico
Vt cinnami atq́ opobalsami unguine fumiget
Immo quidem mauelim ut oletum naribus
Crispantibus uestris oblatum oleat prius
Vos rusticis parentibus nati fures.

Num uultis? q.d. & aliud forsan oneris mihi imponetis si pollinxero, qñ uobis hodie satisfieri neq́, pro religione uasculi ad uenerandũ geniculandũq́ huic sacro iocali, ungento exotico, peregrino, aduenticio, et externo, Plautus, non possunt oẽs olere ungento exotico. Vnguentũ scribit Põponius iuriscon. uoluptatis & ualitudinis causa cõparari. Reliqua classicorũ scriptorũ turba ad elegantiã uoluptatẽq́ tm̃ confici arbitratur, græce μύρον, unde myropola ungentarius, & μυροπόλιον ungentaria taberna. Vnguine cinnami. ungento, odore cinnamino redolẽte quod cinnaminum dicit. Idem quoq́ cinnamomum. Persius. Seu spirent cinnama surdũ, Nascit in æthiopia cinnamũ frutex odoratissima summa cortici gratia. Lignum q̃d græce xilocinnamum dicit fastidio est, Opobalsami. succo balsami, nam ὀπὸς succum significat, Balsamũ uero omnibus præfertur odoribus, officinæ & ipsum lignũ supposuere Summũ balsami specimen est ut lac coagulet, & in ueste maculas nõ faciat, Cętera apud Pliniũ comperies. Illud admiratione dignũ, q̃ in iudęa tm̃ balsamũ nascitur, Immo quidem. Propterea & amplius. Vt oletum oleat. stercus humanũ. Proprie uero locum significat in quo excernimus egerimusq́. Tacitus id probat in Nerone. Cato pro loco sumit olea consito, ca.i. de agricolatione & ca.vi. Crispantibus. aduncis & rugatis uibratis & incuruis intortisq́, Serui. in xii. cõmentario. Capillos scribit crispari calamistro. Persius. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos, Nares dictę a naritate q̃a nos docẽt odorare p̃sto esse et ꝓpe q̃d adhuc oculi nõ uidẽt. Et est p̃ticula nasi inferior, ubi respirãdi foramina uisunt, Pli. plura li. xi. de naribꝰ, Vos rusticis paren.n. Imputat eis uasculi mundiciẽ, uelut diceret, uos quidem digniores estis olere stercus q̃ hoc sacrũ. Rusticis parentibus nati, conuiciũ est in ignobiles, sed ab ignobilibus fieri solet, qui natales & stemmata celebrant, non uirtutem. Exoticum Vngentũ Cinnamomum Balsamũ Oletum

Nam quis animalia muta generosa putet nisi fortia? Et quis gemmas celebraret, nisi essent aliqua uirtute preditæ? Sic hoīm est ratio habenda Sola em̄ nobilitas est atq; unica uirtus. Cęterum parens idem est oībus mortalibus. Marium ego apud Salustium commendo, qui obscurum genus suum & ignobile non dissimulat, sed non posse se fidei causa imagines, triumphos, aut consulatus maiorum suorum ostentare.

LIX. Etiam est opus lusorium unda si laues
Nam tum quid est? BV. uolo ergo pelluere in labro
Vt faciam & istis cruciferis hodie satis
Ehodum quis it mecum ministerio comes?
SA. at quem iubes? BV. uenite Aristophore & Salax
Nam cæteri opperiantur hic nos affore
Breui & cito. LIX. nos philosophabimur inter hæc
BVT. fiat, sed heus cauete dum, ne quid nimis.

Etiam est opus luso. quo ludamus non cui litemus. Volo. e. p. pro perluere. Nam ex cognatione literarum transit r in l. In labro, uase, Labrum uas est capacius, auctore Cicerone in epistolis, ait em̄ labrū in balneo si non est hic, fac ut sit, Vir. Labra per autumnum musto spumantia feruent. Cruciferis, Dignis in crucē uti agant. Ehodum. q. i. m. m. famulationi, Vir. Triste ministerium, Ministeria nonnunq̄ pro ministris ipsis ponuntur, sicut ministerium pro ministratore apud Plinium.

Cæteri opperiantur. maneant expectent. Philosophabimur, iocus decens de ludionibus philosophaturis. Sed longe pulchrior responsio alterius. Ne quid nimis. quę seria est sapientum sententia si pensitetur. Tu quam diu philosophandum sit apud Aulum Gellium requiras uolumine quinto capite xv. & xvi, ait enim Neoptolemus Ennianus De

Philoso phādū paucis

gustandum ex philosophia, non in eam ingurgitandum. De Nerone legimus, ꝙ eum mater a philosophia auerterit, monens imperaturo contrariam, Et in opinione positum est hoc probabile eos qui philosophiæ dant operā non arbitrari deos esse. Ait Apuleius obiectari philosophis ꝙ irreligiosi putentur, & ꝙ deos abnuant. Sed contra M. Tullius philosophiam dixit esse uitę ducem, uirtutum indagatricem, uitiorum expul

Ne quid nimis

tricem &c. Ne quid nimis, Diximus supra uilioribus personis dari sententias illustres in comœdia seruis præsertim, quæ res iocū risumq; mouet affabiliter. Vnde Buttubatta hic ne quid nimis ait, quam sententiā sic gręci enunciant μηδὲν ἄγαν, Vulgaria est assertio Pittaci fuisse, alii Chilonis, nonnulli Solonis censent, Quam rem Laertius inquirit uolumine primo. Donatus aliquid scribit deesse huic orationi cum dicitur, ne quid nimis scilicet agas, quod supplendum est.

PHARISEVS. HELVO. LIXA

PHA. Quid eſt ꝙ iſti lotum eunt rabulæ nequam?
Qui cuncta quæ loquuntur obligant metro
Et uerſibus ſuos poetantur iocos.
Heus uos quid eſt quod efferũt gremio foras?
HEL. Quid te attinet? uix ipſi hoc ipſum ſcibimus,
Fors larua ſcęnis apta fiet ludicris
Vbi lauabitur. aut erit quoddam organum.

In hac ſcæna piacularis audaculorũ corrigitur temeritas (ſi importunitas & impudentia corrigi poteſt) qui de rebus ad ſe nihil attinentibꝰ ſibiq; penitus ignotis iudicium ſtatuũt, non attendẽtes illud Pomponii ff. de regulis iuris, Culpam eſſe ſi quis immiſceat ſe rei ad eum nõ pertinenti, Neq; audiũt illud Periandri ἐπισφαλὲς προπετεῖα, temeritas periculoſa, Hii ſunt qui uirulenta criminoſaq; blateratione cõtaminant omnia, humanitatẽq; quam exuerunt ipſi ab aliis amoliri conantur, obtrectantes uellicanteſq; inſcite & maligne, quicquid honeſtius dictum non conſonat eorum hallutinationi, quorũ ſoricinæ neniæ & lingua nimis factioſa Menalio ramo deberet retundi, Odium nanq; terrę ambulant, minus frugi quam fungus putidus, Libitinas hoc genus hominũ uetuſtas appellauit, Apuleio auctore in floridis, Sed quid nos in eos inuehimur? cum natura ipſis accerrimũ addiderit ſupplicium errorẽ ſtulticiamq;, quibꝰ nihil eſt pernicioſius uelut Cebes teſtatur, quo nemo uerius, ait em̃, ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ ἐστιν. Nam inſipiẽtia hominibus ſphinx eſt. i. mõſtrum interimẽs. Sed iam phariſęũ noſtrum audiamus, qui cum male ſentiat, quã bene agat omnes percipiẽt, Quid eſt quod. i. l. e. Ecce in ipo iam ueſtibulo temeritatis excubat periculum, Lotum eunt. Lauren. Val. homo alioqui doctus & in noſcendis ueteribus ſcriptis perquã exercitus ſi a temeritate abſtinuiſſet mirarẽ ſummopere publicã halucinationẽ tam diu a nemine animaduerſam, ſic ſemp loquentiũ, eo lectum, uenio lectu, addit etiam qui error unde profectus & quo ex fonte imperitiæ emanauerit neſcio. Vellem ego Laurentium non tam temere ſcripſiſſe (nam diuo Hieronymo non pepercit ſua criminatione impudentiore) ſed forſan eodem morbo erroris correptꝰ fuit quo cæteri, Laurentius ille uocat errorem latiniſſimorũ imitationem eruditiſſimorũq;, Sic Cato de agricolatione li. i. ubi uillici colligit officia primus inquit cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. Sic Plautus in caſ. (quem latinę linguæ delicias prædicamus) Redit eccum tandẽ obſonatu, Et in Menęchmis, prius iam conuiuæ ambulant ante oſtiũ, quã ego

Audaculi

Ignorantia hominum peſtis

Contra Lau. Val.

Reuertor auditu

obsonatu redeo, Sic Papinius in carmine achilleidos. Extunc uenatu rediturũ in limine primo, Opperiens, Eruditionẽ & industriã tuã Laurenti exosculor, temeritatẽ insector, qua male percitus in omẽs benedicẽdi auctores uelut pharisæus iste debacchatus es, ad institutũ repedemus.

Rabula Nequam

Rabulæ nequã. cauillatores caniculę. Nequã proprie a libidinosa dictus est inertia, ꝙ nihil queat, nullęq; rei aptus sit, Vnde & nugę ꝙ nihil agant, uel a nõ agendo, Rabulæ etymon alibi explicauimus. Obligãt metro. numeris stringunt, & innectũt modulis mensuratim. Nam metron mensurã significat. Inde uersus metra, ꝙ mensura nõ careãt, Versibus, carminibus & numeris a uerrẽdo, quod trahere & repurgare significat, M. Tul. in paradoxis, qui uerrunt, qui spargunt, Inde Deuerra dea Augustinus de ciuitate dei lib. vi. Iuuena. Verre pauimentũ. Vnde euerriculũ apud Varronẽ de agricolatiõe ca. ultimo, Et uersus in orõne prosa significat q̃d nos uulgo lineam dicimus, Mar. Tul. in Bruto. Tot millibus uersuũ. Sueto. in Augusto, Et apud Asconiũ Pedianũ frequentissima fit mentio uersuũ. Nec nõ in procemio digestorũ, & C. de ueteri iure enucleando, Poetantur. fingunt, faciũt, græce ποιέομαι, sed fingere non significat mentiri, ut uulgus semidoctũ blaterat, Nã cœlũ & terram dicit grec⁹ ficta esse factaq;. Et deũ optimũ maximũ fictorẽ uel poetam. Quid te attinet, tua interest, recte, Nam culpa est immiscere se rei &c. ut supra, Dicimus attinet ad me. Terẽ. in adel. Quod ad illũ attinet. Et in Andria. Nihil ad me attinet. Præpositionẽ detractã esse autumo carminis gratia, Prisci. li. ii. de cõstructione scribit latinos frequẽti⁹ dicere ad illũ attinet, & illi, Plautus, quod ad argumentũ attinet, in Asinaria, Sed in captiuis ait. Nunc iam cultros attinet, ubi attinere significat tenere, Vix ipsi scibimus, antique dictũ pro sciemus. Marcel. in collectaneis id genus plura collegit de mutatis coniugationibus. Et Plautus in capti. Ex me audibis uera, Tu de hac re Donatũ in secũda editiõe legas

Metrum

Versus

Deuerra

Poetor

Attinet ad nos.

Scibo

Fors Organum

Fors. forsan, ntũs pro aduerbio, Prisci. li. xv. Vir. Et fors æquatis cœpissent premia rostris. Aut erit q̃ddam organũ, instrumentũ musicum. Machinã quoq; organũ significat, ut est apud Victruuiũ li. x. Inde fabricatores organorũ organarios dicimus. Iulius Firmicus in iii. matheseos

PHA. quale organum? uultis ne uersus fistulis
Stridere? an ex persona eapse quam lauit
Turpes poetæ personare uersibus
Nugas leues, uetitas & illeges libris.

Vultis ne. v. f. f. Stridere uerbũ est contemptus ad musicũ prolatũ, Vir. Non tu in triuiis indocte solebas. Stridenti miserũ stipula disperdere carmen. Nã stridor proprie funiũ est. Notandũ aũt ꝙ strido uerbum ex his est quæ diuersarũ coniugationũ inueniunt. Priscia. li. ix. Vnde syllabam

Stridere

habet interaneã uel mediaſtinã bitemporeã uel mediã. Nã penacuit̃ in Striſi
ſecundo,corripit̃ in tertio ordine. A ſtrideo fit ſtridi & ſtriſi,ſed hoc po-
ſteri⁹ ptm̃ euphonia ab uſu exterminauit,Priſcia.li.x.Ex perſona,larua,
Eapſe. pre eaipſa,ſicut reapſe pro re ipſa.Pacuuius.Si non eſt ingratum
reapſe quod feci,Illeges,ſpurcos,legi pudoris non parentes.

LIX.Hypocrita & nulli ualoris æmule
Auſis poetarum ſacrata munera
Temere profanare impio ore iſto tuo
Anas oleto læta fit,pullaſtra edit
Exputa ſpurca,anſer cloaca paſcitur
Foricas ſues,porci latrinas eruunt.

Lixa. Excandeſcit Lixa in ſacrilegum,qui ſanctos poetas lingua te
meraria inuidiaq̃ uiolat.Hypocrita,ſimulator,aptiſſimũ conuiciũ in re
ligioſum nomine tm̃,qui religionẽ habitu inceſſuq̃ emẽtitur,factis pro
cul uerbis tenus, Hoc genere hominũ nihil intolerabilius terra ſuſtinet
fouetq̃,Nam ignaui primũ & deſides,mox operti pallio penulaq̃ mo
res & emolumenta religionis in linguæ uerborũq̃ artes conuertunt,&
uitia minis eacidinis inuadentes intercutibus ipſi uitiis ſcatent. Nulli
ualloris Nulli uetus eſt declinatio ſecundũ aliorũ nominũ regulã. Terẽ. Nulli gtũs
in an. Tam iners tam nulli cõſilii.Donatus.Priſcia.li.xiii. Æmule. liui
dule,dictũ ſine laude acerbũ. Alias æmulus eiuſdẽ rei ſtudioſum ſigni. Emulus
Vir.li.vi.Æmulus exceptum triton &c. Sacrata munera,rectiſſime di
ctũ,Nam Plato nos admonet longa nimis prolixaq̃ orõne diuina pro
uidentia,non hoĩm inuentione,ſed deorũ munere poeticã ad mortales
deriuatã.Quod græci penſitantes uerbo q̃d modo ex aliquo quicq̃ face poetica
re,modo ex nihilo creare ſignificat poetę nomen traxere.Et latini poe-
tarum diuinitatẽ non uident̃ ignoraſſe,cũ ab ea quæ in hominibus ma
xime ineſt mentis ui,uates appellauerunt.Ergo ſancti ab Ennio poetæ Poeta
& ſacrata munera ab hoc noſtro dicunt̃.Phariſæus uero iſte in ſecũdo
genere furoris conſtitutus(quẽ diuinus Plato in Ione ab humanis mor
bis proficiſci docet)hæc nihil attendit,Temere profanare,friuole, inſul
ſe,atrociter,inſaniter cõtaminare atq̃ impiare,Impio, ſacrilego,piacu-
lari,culpatiſſimo. Anas oleto læta fit. ſtercore,ſordibus.Alex.aphro
diſeus in proplematis quærit,cur ſtercus ſiue hominis fimus maxime fe Anas
tidi odoris eſt,cum quorũdã animalium & maxime caprarum aroma
ticam ſuaueolentiam fragret,Quoniam inquit homines multiformi et
humecto cibo affatim ueſcuntur,minuſq̃ exercentur. Ideoq̃ non bene
cõcoctum tetri odoris cum primis eſt. Anates ponticas uim habere ue
nenis detegendis potentem. Aulus Gellius recitat ex ſcriptis Pompei
magni liberti uolumine decimo ſeptimo capite decimo ſexto.

Pullaſtra
Pullaſtra. parua adhuc adoleſcenſq; gallina, Mar. Varro iuuencas gallinas appellat pullaſtras, A pullo etiã pullicinus ὑποκοριστικῶς .i. per diminutionem inclinatur. Exputa ſpurca. Sputum a ſaliua hoc differre uolunt, Sputum humoris nimietate redundare, Saliuam uero nõ modo humiditate, ſed etiam uitio plærumq; hominis fieri, Anſer a Plinio
Cloaca
li.x. celebratur memorabili Lacydis philoſophi hiſtoria. Cloaca. cloacali feculentia. Vlpianus li.xiii. digeſto. Cloacam dicit eſſe locum concauum per quem colluuies quædam fluat & tubum & fiſtulam ea contineri appellatione, a colluendo, latina igitur dictio ut Feſto placet, Inde cloacale flumen a Catone pro cloacarum omni colluuie. Vulgo tamẽ pro loco quoq; accipimus quem alii a latendo latrinam dici maluerũt, Subſcribere uidetur Cice. in oratione pro Plancio, dixiſti inquit me ar-
Latrina
cem facere ex cloaca, Et Feſtus Pompeius, ubi ſcribit, Cloacare inquinare ſignificat, Vnde cloaca, Idem de Nerone Tranquillus ſcriptum reliquit, q redeuntes a cœna uerberare ac repugnantes uulnerare, cloacisq; demergere aſſueuerat. Sues. ſus luto gaudet Horatius, & amica
Foria
luto ſus. Foricas. Latrinas. Nam foria ſunt ſtercora liquidiora, vñ foricæ, Satyricus poeta. Inde reuerſi, cõducũt foricas. Iñ foriolus q foria facile emittit ſoluti ſcili. uentris. Lauerius, foriolus es & in coleos cacas.

Tu aſinini onagri pullus auritus luto
Cœnoq; gaudes belua indoctiſſima.
Doceſq; nos poematum ſacra ſpernere
Q; ea eſſe dicas execrata de libris.
Cuius libris? Num uox dei Terentium
Spreuit? ne ad ſtimulum (inquientis) calcitres:
Paulus Menandrum. Aratum. Epimenidem inuocat
Teſtes, prophetas, atq; ueri conſcios.

Onager
Aſinini onagri. aſini ſylueſtris. Non inepte aſinũ ſylueſtrẽ appellat, omnem em̃ ciuilitatẽ exuit qui ſtudia contemnit humanitatis, Aurit⁹ auribus magnis & prominentibus. Alias aliter ſignificat, Feſtus. Belua indoctiſſima. fera pecus, Indifferenter beluam poſuit antiquitas, a belua beluinus & beluina uoluptas, Execrata. maledicta, extermina
Belua
ta, exploſa. Cuius libris? expoſtulas cuius inquit libris, uelut diceret tuis quidem ſed non diuinis humaniſq; & philoſophicis. Quod probat
Calcitrones
per inſtrumenti noui diuina oracula, ſequens textus ex Hieronymo intelligi poteſt in epiſtola ad Magnum oratorem urbis Romæ. Ne ad
Recalcitro
ſtimulum inquit calcitres, calcibus infeſtes, Inde calcitrones equi qui calcibus infeſtant. Plautus in aſinaria, Clamat procul ſi quem uidet ire ad ſe calcitronem, Horatius hoc uerbo eſt uſus libro ſermonũ ſecundo

Cui male ſi palpere recalcitrat undiq; tutus. De cæſare Auguſto dictū,
qui reſpuebat adulationes blandientium, In edicto ædilitio ſcriptum le
gitur, equus mordax ac calcitro uitioſus. Paulus Menandrum. Me
nandri ſenarium Hieronymus eſſe dicit, Corrumpūt bonos mores con
fabulationes malæ, Aratum. Illic biblia noſtra in plæriſq; textibus
mendum habent, Nam pro Arato Horatius eſt ſuppoſitus, Sed in cor
rigendis uaticinis libris nemo manum apponit, nolumus intelligere co
ram principe uero, quem in dies ſolœciſmis & barbariſmis adoramus,
contra id quod ſcriptum legitur in decretis canonicis, Cum uoluntaria
ignorantia omnibus ſit noxia, ſacerdotibus eſt periculoſa, Item, quia re
puliſti ſcientiam dicit dominus, repellam te ne ſacerdotio fungaris. Au
guſtinus tamen benedictionem plus q̃ bonadictionem a ſacerdotibus
flagitat, ſed huc res deuenit ut frequentius in manu ſacerdotum maloꝝ
talos aſpicias quam ſcalprum librarium, & forte gladium uel ſicam, cō
tra illud, Clerici arma portantes excommunicentur. Item in ſacris pa-
trum conſtitutionibus hæc inſunt uerba. Clerici qui arma uolentes ſum
pſerint, reperti amiſſo ordinis ſui gradu in monaſterium perenniter tra
dantur, Verum quoniam ſcriptum legūt, ſatis eſſe ſcribi exiſtimant, nō
fieri oportere, Vnde poeta ſatyricus, Eſſe aliquos manes & ſubterranea
regna, Nec pueri credunt niſi qui nondum ære lauantur, Diceret forte
quiſpiam, quid tua intereſt, talos ne an teſſeras uerſemus, En accipe, an
non intereſt eorum qui in naui curruq; uehuntur aurigam quam peri-
tiſſimum conducere; ne ſalus omnium periclitetur, etiam dices ſi tu de
numero ſis uehentium, Sacerdotes aūt (quemadmodum xc.v. diſtincti
one legitur) poſiti ſunt regere dei eccleſiam, aurigarium itaq; geris.

Scrutamini ſcripturas

Quid tua intereſt

Epimenidem, ad Titum ſcribens, Prophetas. hoc & ſancti confi-
tentur doctores, Gerſon in lectione ſuper Lucam, ait, apoſtolum hunc
poetam prius aūt prophetam uocaſſe, Ad laudem uero poetarum non
nihil pertinere uidet̄, ꝙ S. Thomas ad uirtutes inducere perdecentes re
pſentationes ſcribit, & ante ſeptē ſapientes theologiſantes extitiſſe poe-
tas, Imperator in proœmio digeſti ueteris cōſtitutione prima Homerū
poetā uocat patrē oīs uirtutis, Sapiētes ſeptē poeticę maxime ſtudio-
ſos fuiſſe, auctor eſt Anaximenes, Sibyllas taceo, Gentilitas primas par
tes Ariſtoteli peripatetico tradidit, hic eoſdē apud priſcos poetas & the
ologos fuiſſe teſtatus eſt, & ipſe de poetis ſcriptos reliquit libros tris, nec
nō de poetica facultate libros duos, At iam obiiciet mihi quiſpiā barba
ſculus oſor poetarū, Diuū Hieronymū ob eorundē lectionē uirgis cęſū
Ego Hieronymū reſpondere ſinā in apologia cōtra Ruffinū, Vbi id fu
iſſe ſomniū aſſerit, docetq; inibi ex prophetarū auctoritate ſomniis mi-
nime credendū, Cui illud Tibulli cōcinit. Sōnia fallaci ludūt temeraria
nocte, Et apud Maximū poetarū ſcriptū eſt. Sed falſa ad ſupos mittunt
inſomnia manes, Alexādrū magnū ſōniaſſe legimꝰ ne ſōniis crederet,

Laus poetarum

Rerum omnium poeſis eſt exordium
Et ante cœlum,& ante mundum,præ omnibus
Quod Moyſes uates tuus tibi ſuggerit
Qui & ipſe luſit uerſibus poeticis
Sapiunt poetæ doctioribus uiris
Tibi fabulino barbaro indoctiſſimo
Fanatico fatuo uidentur ſordidi
Aſellus ad lyram uetus prouerbium.

Rerum omniũ poeſis eſt exordium. Sic græcus in ſymbolo deum adorat omnipotentẽ πιστεύω εἰσ ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, Credo in unũ deũ patrẽ omnipotentẽ poetã ſeu factorẽ cęli & terrę, Sic Moyſes in pẽtateucho ἐν ἀρχῇ ἐποίησε.i. In principio poetatus eſt aut fecit. Et poeſis factionẽ uel fictionẽ ſignificat, fingere autẽ non ſignificat mẽtiri, ut uulgus falſo exiſtimat, ſed cõponere, Inde figura, Hãc doctor ſanct⁹ repſentationẽ uocat, quã ſi tolles, quid reliquum manebit in ſacratiſſima ſapientia? Caueat igitur qui poetas mẽtiri dicit, ne ſit uitio de quo loquitur obnoxius. Quod Moyſes uates tuus, & poeta & propheta a ui mẽtis, Moyſen nõ ſolũ uerſibus luſiſſe accipim⁹ ſed eos q̊q; per quos maxima pars diuinæ ſapientię ad nos eſt deriuata. Idumeus Iob. Dauid rex, Salomon, Iſaias propheta. Horũ ſcripta quis neſcit patria lingua uerſibus conſtare? Inclinat aũt (ut & ſcholaſticis noſtris grãmaticæ ſtudentibus cõſulamus) Hic Moſes, huius moſæ, & hic Moyſes, huius moyſæ & hic Moſeus, huius moſei, & hic moyſeus hui⁹ moyſei apud ſcripturã diuinam, Ioſephus in ſecundo libro antiquitatũ Moyſi ab euentu rerum nomen inditum eſſe ſcribit, eo ꝙ de flumine ſit ſaluatus. Aquam em̃ ægyptii mos uocant, Yſes uero ſaluatus, componentes itaq; hæc ex ambobus Moyſes ei nomen impoſuerũt, i. ex aqua ſaluatus. Ego textui adhęreo ueritatis hebraicæ legiq; moſaicæ, cui nec ipſe Ioſephus refragaretur ſi uiueret, uti ſcribit li. ii. cõtra Appionem nõ decere mirari, ſi mortem fortiſſime tolerant iudæi pro legibus. Exemplum extat legum ſuarum a iudæis fortiſſime cuſtoditarum li. xviii. antiquitatum capite decimo nono, textui inquam ego cõſentio. Sic textus in libro Elle ſchemoth, id eſt hæc ſunt nomina, quem nos exodum dicimus. Et uocauit nomen eius Moſeh, & dixit quia de aquis extraxi eum, a uerbo igitur hebræo maſcha, quod educere, extrahere, efferre præceptor meus Ioannes Reuchlin caput & columen ſalutiferæ ſapientiæ interp̃tatus eſt in opere quod fratri Dionyſio nuncupauit, quo libro phœnix non eſt rarior habitus ante paucos annos, Sed ingenue Horatius,

Poeſis Figura

Liber de Rudimẽtis hebraicis

Virtutem inquit p̄sentem odimus sublatā ex oculis querimur. Ego uero cum domi recōditam uelut in larario plausibiliter interuiso speciosam a p̄ceptore meo editā fœturā, diem mihi luceꝗ exortā reputo. Sapiunt poetæ doctioribus uiris. Apologus est apud Esopū fabulatorē festiuus simul ac lepidus de gallo & iaspide, quē si Pharisęus noster τρόπικῶς quid sibi uelit edisceret, inueniret profecto clausulā ad se nouissimā examussim attinere, Apologi Barbaro. rustico, agresti. Fabulino. cauillatori, inutili nugatori, Barbari antiquitus oēs dicebant̄ gentes, græcis Barbarus exceptis, auctor est Cato apud Pliniū. Grāmatica scientia est barbariem Grāmatica relegans. i. rusticitatē in loquēdo scribēdoꝗ, & aliud uitiū quē solœcū dicere possum⁹. Indoctissimo. exponit ꝗd p̄ barbarū significare uult.

Fanatico. fatuo laruato, furiis agitato, blateroni, minus caute, minus Fatuus consyderate loquenti futilia friuolaꝗ, Hi em̄ fatui dicūtur, Et qui numi Fanatici nis furore perciti sunt uexanturꝗ fanatici, lymphatici, cerriti dicuntur, Satyricus poeta. Et crine senex phanaticus albo, Asellus ad lyram. Prouerbiū hoc de inepto dicimus, quēadmodū est illud quoꝗ. Sus mineruam docet. Ineptus aūt non significat eum qui uulgo ita dicitur. Tu require in libro de oratore Ciceronis ex Crassi disputatione. Huic autē prouerbio asellus ad lyram cōtrarium est secundum Aristotelem esse natum, ut est apud Aulum Gellum li. iii. Sciendum tn̄ plures apud ueteres fuisse parœmias. i. prouerbia de asino quales hæ sunt ἐξ ὄμου παρακυψέως id est ex asini prospectu, quoties insperata magnaꝗ produntur, & manifestantur, Item περὶ ὄνου σκίας id est de asini umbra, de his qui desyderant nosse futilia, Item ὄνος πρὸς αὐλὸν asinus ad tibiam. Item ὄνος λύρας, asinus ad lyram. Itē ὄνος εἰς ἄχυρα asinus in paleas, de his qui præter spem in bona incidunt. Item ὄνον κείρεις, asinum tondes, de hominibus inefficacia aggredientibus. Cui est consimile ὄνου πόκους ζητεῖς asini uellera quæris, & apud Au. Gel. Asinum inter simias fieri.

Sed si modo per tempus & negocium
Mihi liceret & uacaret, belua
Ostenderem recte tibi qui uir sies.
At introrumpunt consodales audio.
PHA. Abeo domum dictis onustus pessimis.
LIX. Nunc Heluo quantum esset in rem tute scis
Vt huic cauillatorium os contunderes.
HEL. Sequar uirum, si mutiat, pugnos edet.

Liceret. tempore, uacaret propter negocia. At introrumpunt. uerbum ad significandum tumultum incomposite concursantium nō ineptum. Estꝗ παρασκευὴ id est præparatio scænæ sequentis.

Abeo domum, Epilogus orationis Phariſęum noſtrũ conuicit, Nam ſe uictum ex animo fatetur dictis peſſimis, quibus fanatici fatui potius priuſq; quam oraculis propheticis fatidiciſq; retundũtur, Honuſtus, ꝑ oneratus, poetæ nanq; confundunt, Oneratus quocunq; onere preſſus Honuſtus uero cui pondus honori eſt, Seruius li.i.æneі. Nunc Heluo, confirmat diſputationẽ ſuam ampliore pręſidio Lixa, officium partiẽs in Heluonem, aduerſus hominem cum quo pugnis facilius, quam argumentis contenditur. Eſſet in rem. quantum ad rem pertineat ampli˙

Honuſtus
Oneratus

Cauillatorium os dicax. uerborum futilium, calumniatorium, ſcurrile, Contra linguaces protrita circũfertur ſententia, Plures lingua necat q̃ gladius. Cui uerſus ille græcus ſubſcribit, ἡ γλῶσσα πόλλους εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν, ligua multos ęgit in perniciem, Sequar uirum, ſi mutiat pugnos edet, hæc cœna parari debet ſtolidis, Plautino uero Soſiæ non placet eſitare ubi apponuntur pugni.

ACTVS TERTIVS
BVTTVBATTA .SALAX. LIXA. ARISTOPHORVS.

BVT. Dii uos edones combibones comici
Perdant omneis. LIX. heus, te uolo, BVT. q̃d lixa uis?
LIX. Dii ut te perire in rem uelint uel non bonam
BVT. in rem malam uis dicere? LIX. immo peſſimã.

In Comœdia ſolet eſſe cataſtrophe.i. conuerſio ad iocundos exitus, patefacta cunctis cognitione rerum, In hoc itaq; actu tertio ad rem totam itur, & quæ reliqua ſunt explicãtur, Voluit enim pelluere in labro æneo ut ſatiſfaceret iſtis cruciferis hiſtrionibus, prodit igitur merce ſua elota Buttubatta, & ut ludiones complices ad oſculandũ inuitet, egregias cõcinnat ſycophãcias, moxq; luſos re patefacta ad execrationẽ incitat maledicentiſſimã. Dii uos edones. ſecum Buttubatta, dii uos edones.i. uoraces, guloſos, edaces, græce phagones ab edacitate. Combibones. a bibendi conſuetudine. Perdant omneis. antiqua ortographia. Quid lixa uis. Teren. quid uis faciã, uerbũ faciam adiecit, Plautus in aulularia, quid uis tibi. Dii ut te perire in rẽ uelint, Plautinus iocus ſalitus & feſtiuus.

Cataſtrophe
Edones
Phagones

BVT. Melius me atim te ominari peruelim.
Tu quod tuli uide, tene, conſydera
Num bellule ac lepide nitet poſt balneum

Næ ego miser, quem oporteat tam uilibus
Mancipiis gestare morem & pendulis
Suspensili turbæ raponum, immo furum
Tibi in manu est, agedum colendum præbeas
Iam circulatim exosculentur hoc sacrum.

Meatim. meo more, sicut tuatim tuo more, aduerbia sunt a pro-
nominibus nata, Donato auctore Sergioq́ꝫ, Prisci. scribit hęc aduerbia
personas dumtaxat significare li. viii. & xi. Ominari. diuinare & au-
gurari, Inde omen & ominalis et ominosus. Pythagorę os legimus non Ominor
solũ deorũ uoces obseruasse, sed etiã hoĩm, quæ uocant omina, & omi Omen
nare dicebãt antiqui uoce actiua. Tu uide. monstrat caluariã. Tuli,
pro attuli, aphæresis. Vide. oculis. Tene. manibus, Consydera
conspice. Num bellule. pulchre. scite. mũditer. Ac lepide. nitide, lu
cide. Post balneum. latine & proprie dicit balneũ q̊d priuatũ est. Nã
balneas genere muliebri cum dicimus, thermas significam⁹, auctor M.
Varro, sed non adamussim. M. eñ Cicero de oratore li. ii. priuatũ M.
Bruti balneum genere fœminio balneas uocat. Cicero uel Cornificius
li. iiii. Nam ut forte hic in balneas uenit, & in exornatione quã notatio
nem uocamus, Poeta satyricus, & crudũ pauonẽ in balnea portas, Vl-
pian⁹ li. digestorũ quinquagesimo balneũ publicũ dixit, quasi balneũ Balneum
& priuatũ publicumq́ꝫ significaret promiscue, a græco βαλάνιον deri Thermæ
uamus, ꝙ anxietatem ex animo pellat, Augusti. li. ix. confessionũ. No- Balneæ
stri ea propter balinium dicere deberent, sed syncopatim balneũ enũci
ant. Nę ego miser. . Nę pro ualde Cicero, nę illi & hoc meli⁹. Plauto
familiarissima particula, Tu uide Donatũ in prologo Andriæ. Tam
uilibus mancipiis. Indignatur morem tam uilibus gerere ludionibus,
per hoc desyderiũ exquirendi de caluaria incutit, ut ludat festiuiter aui
dos cognoscendi. Suspensili. ambiguæ, sollicitæ, & hæsitanti. Turbę
raponum, raptorum, rapinatorum. Antiquitas dixit rapones pro ra
ptoribus, Immo furum correctio color, gręce ἐπανόρθωσισ Cicero seu
Virginius libro quarto. Diuus Hieronymus Ciceronis hoc opus esse
confirmat. Fabius & Plutarchus refragantur, & plæręq́ꝫ rationes satis
strenuæ, Tibi in manu est. uolutari atq́ꝫ inuicem præberi caluariam
accipimus. Colendum. uenerandum. Circulatim. uiritim ad circu Circulatim
lum orbiculariter, a circo & circulo aduerbialis dictio.

ARI. Demortui lenonis esse cranium
Videtur execrabile, ad furcas age
Vbi repperisti hanc mortuam caluariam.

BVT. In craniario inter ossa putrida
Vbi cubant tam diuites quam pauperes
Caput omnium mortalium dignissimum.

Aristophorus Supplicationi decretæ non consentit, ex fœditatę cal
uariam defugitās & detestans. Demortui lenonis cranium. κρανιου
Craniariū gręcanica uox, latini caluariam nuncupant, paulo superius Catapocia
fieri docuimus ex caluaria inuento Artemonis ex quibus si quis aquā
Cubo propinet fontanam comicialibus morbis mederi. Videto apud Pliniū
Incubo uolumine duodeuigesimo ca.i. de portentis ex calua pro remediis inno
Incumbo centibus excogitatis. Videtur execrabile, dirum, abominabile, pol-
Discumbo lutum ac pestilens. Ad furcas age. refer, reduc unde abstulisti, Cra
niario, ubi reponunť continenturq; caluariæ. Inter ossa putrida. hu
Mors mecta, tabida, soluta. Vbi cubāt. aiunt grammatici cubare & cum-
bere proprie ad ęgrotos pertinere. Hora. Trans tyberim cubat, & alibi
Cubat hic in ualle Quirini. Incubare dicuntur aues & tyranni subseno
res in alienis regnis. Incumbere uero diligentē operam dare, Discum-
bere cibi capiendi gratia, Concūbere uenereorū causa. Accumbere cū
alio iacere significat, Cubātes auspicari dicunť qui in lecto quærunt au
guriū. Tam diuites q̄ pauperes. optime scriptū. Nam mors bona ne
minem fallit, neminē præterit, nec huic magis q̄ illi gratificať, sed ęqua
lance cunctos tollit æquo pede regūq; turres pauperūq; tabernas pul
sat. Mori uolentibus Tyberius cęsar uim adhibuit uiuendi. Augusti. in
primo de ciuitate dei, maiorem animū merito dicendum ait, qui uitam
erumnosam ferre, quā qui fugere potest, adeo leue supplicium mors est
In tusculanis quæstionibus latissime dissertat M. Tullius de morte.

LIX. quo? nam potest uel tartaro uel fulmine
Dignum esse, scirpo huic nodus est, obscura sunt
Quæ ais, responde quid facis caluariam hanc?
BVT. Caput omnium mortalium dignissimum
Cui supplicetur, hoc gerenda consulit
Et quicquid est quod consulit, princeps facit
Omnis potestas huius in manu est sita.

Quo, quare, Teren. Quo æquior sum Pamphilo. Nam potest.
Mirať Lixa Buttubattā ꝙ oīm mortaliū dignissimū caput dixerit quę
Scirpus scire potuerit, Huic scirpo nodus est, plane quidē loqueris, sed hæreo
nihilominus. Prouerbiū uetus de ambigēte, ubi nihil ambigendū erat
deq; his qui absurde faciunt, ꝙ se animi angant. Nodum in scirpo quæ
ris, Teren. Cęterū iuncus est scirpus, Inde scirpicula falx, Varro. li.i. Pli

xiiii.& xv.de scirpo. Obscura. significat q̃ uelit per id intelligi. Scirpus inquit Dona. sine nodo q̃ nos enodē dicimus,& lenis iunci species est, Quid facis. quanti æstimas, Caput inq̃ hoc facit, uirtutes capitis cõcinnat ad uenerationē cultũq; histriones inuitãs, leue uulgus & facile suasu. Hoc gerenda consulit. Consulere res est salutifera, prius cõsulto Salu. ait,& ordo hic sapientibus attendit̃. Oĩa nanq; consilio q̃ armis experiri decere Teren. est auctor. Oĩs potestas huius in manu est, Res est miserrima omnē principis potestatem in manu esse stolidi capitis, ad hypothesim argumenti iunctissimus textus.

SAL. manes habere potest, at haud manus habe
Ni sit lemurium, quod ungues occulit
Quod quaq; noctium quietos territat
Et unguibus uultu cicatrices notat
Immane terriculamen & manes truces.

Manes habere. simulacrũ maniũ terriculamentũ laruarum, iocus
in dictione. At haud manus, haud esse manuatũ cernit̃, Ni sit lemu Lemuriũ
rium. umbra defuncti cuiusdã uagantis,& uitę stipēdiis exuta. Lemu
res dici putãt, quasi remures a Remo, cuius occisi umbras frater Romu Lemures
lus cũ placare uellet Lemuria instituit.i. parentalia. Oui. in fastis. Martia
nus uero lemures appellari manes existimat, qui post uitã iisdē corpib⁹ Lemuria
delectent̃,& cũ his maneant, qui si uitæ prioris adiuti fuerint honestate
in lares urbiũ deorũq; cõuertunt̃. Sin prauitate, perhibet idē auctor lar Lares
uas dici, Accedit illi Augusti. li. ix. de ciui. dei. Varro de uita patrũ li. i.
Vngues occulit. tegit, occultat. Quietos territat, laruã significat &
imaginē nocturnã terrificantē,& mortalibus terriculamentũ occursa Laruę
culũq; uespertinum. Et manes truces. terribiles, uiolētas, minitantes.

BVT. Sine me tibi sodes recensere probe
Quid prosit & quid obsit hæc caluaria
Vel hæc quid omnino sit, unde uenerit
Quo tendat,& quorsum breui uentura sit.
ARI. Taceamus, usquam nil uolo appetitius.

Sodes. aduerbiũ blandientis, i. si audes aut potes. Et exhortãtis nõnũq̃.
Teren. in an. Dic sodes qs heri Chrisidē habuit. Hora. Roscia dic sodes
melior lex. Recensere. recitare ex ordine. Quid prosit. ad ueneran
dũ. Et quid obsit. ad execrandũ. Inducere uult deinde lusos caluariæ
adoratione, Taceamus. persuasi ad silentium conuertuntur auscultaturi
turi de caluaria, Vsquam. Locum magis q̃ tempus significat. Dona Vsquam
tus in Eunucho. Appetitius. desyderantius, ardentius.

BVT. Videtis hanc caluam recaluaſtram cauam
Et oſſeam ac teſtaceam, prodeſt modis
Tribus, creat numerum, dat umbram, & loca replet.
SAL. Garrire Buttubatta noſter uiſus es
Dialecticum hoc ſophiſma, ut illudas tuis
Non cernitis quomodo ſuum os hic carnifex
Diſtorſerat? mox in loquendo fabulam,
Ari. Ah dic. Bu. Rogas? Li. Ah dic p̄camur. Sa. dic mō

Videtis, Ioco facit attentiores. Hanc caluam recaluaſtram. gla-
bram ſiue glabellā, minuſq; depilē. Caluaſtros & caluatulos per dimi-
nutionē eos appellamus, qui non omnino calui ſunt & depiles, q̊s anti-
qui Romani lydios nūcupabant. Cauam. ſuapte natura non opere,
Oſſeam. ex oſſibus, uti Chryſippus ſcribit in libro περὶ προνοίας. i. de
Officula prouidentia, Cū corpora hominū natura fingeret, ratio ſubtilior & uti
tim litas ipſa operis poſtulabat, ut tenuiſſimis minutiſq; oſſiculis caput com
Oſſuarium pingeret, q̊rū numerus xxiiii. perhibetur a medicis. Sane oſſa carere ſen
ſu Macro. li. vii. ſcribit. Ab oſſe formatur oſſeus. Iuuena. Manubria cul
tellorū oſſea. Et aduerbiū oſſiculatim. Sed iuriſconſulti oſſuariū pro lo-
culo uſurpant defunctorum. Creat numerum. auget, facit, ſupplet.
Explere numerum de anima dictum a doctiſſimo uate quid ſit Macro
bius explicat de ſomnio Scipionis. Vmbram & loca replet. quia cor
pus continuū, numerum uero creare quando dixit diſcretum ſignifica
Garro uit, Garrire. de auibus dicitur, & his qui nugas, gerras & ineptias lo
Gerræ quuntur, aut inepte ſtrepunt, Inde garruli qui & gerrones & nugato-
Gerrones res, Terenti. Garris. Plautus in aulu. Soleo hercule ego garrire nugas.
Dialecticum hoc ſophiſma, decipulam, commentum, captiunculam,
quibus hodie ſcatēt libri ſcholaſticę palęſtræ, & licet periculum nō me
Sophiſtæ diocre ſit plæriſq; in dialecticæ gyris meandriſq; tanq̄ apud ſyrenios
ſcopulos conſeneſcentibus, tn̄ uirulentę garrulitatis iſtius qua adoleſcē
tum ingurgitantur ingenia non eſt modus, textus Ariſtotelicę ſapiētię
ſuſq; deq; contemnitur, Inde fit ut aſſidua garrulitate homines eſſe de
ſinamus, Quod & Diogenes comprobat, quem cum ita inceſſuiſſet dia
lecticus, Quod ego ſum tu non es, annuit Diogenes, atq; ille addidiſſet
Homo aūt ego ſū, & id q̊q; aſſenſus, dū captiunculā finiret cōcluſit ad
hūc modū. Homo igiř tu non es, hoc quidē inquit Diogenes falſū eſt, et
ſi uerū uis fieri a me incipe, Vir. Qualis uita hoīm duo quā monoſylla
ba uerſant, Seneca philoſophus moralis in eiuſmodi rebus ætatem po
nere uehemēter diſſuadēs, cū Iſocrate illo ſapiētiſſimo ad philoſophiā

quæ bonos facit nō doctos solum adhortatur, Inclinatur aūt σόφισμα, ατος, in ordine quinto græcorū perittosyllaborū, nos in tertiam reduci mus declinationē, quemadmodū a secunda ipsorū primam formam⁹ ut ἐπιτομὴ ἐπιτομῆς nos epitoma epitomæ, Columella lib. i. Totum Dionysiū pœni Magonis interpretē per multa diffusum uolumina sex epitomis circūscripsit, Quare merito arguis me dulcissime præceptor, ꝙ epitomatis ad te scripsi, non epitomę, feci aūt (si ad ferulam deuitan dā facit) adductus tuarū auctoritate legū, In digesto siquidē nouo sub titulo de appellationibus, allegat Hermogenianus li. ii. iuris epitoma tū, non epitomarū. Vt illudas tuis. Illudere per ludum nocere. Virgi. Tum uarie illudunt pestes. Illudas tuis cōgruenter dixit, Nam illudo te figuratū esse Seruius docet. Vir. Verbis uirtutē illude superbis. Non cer nitis, accipimus alios parū intellexisse se lusos. Salax itaqꝫ, Carnifex. tortor, cruciator, dignus carnifice, Carnifex eum qui carnes ex homine facit significat, uel qui dignus est carnifice, aut excarnificans. gręce βασανιστής. Caro dicta. ꝙ careat anima uel quasi cado. ꝙ iā scilicet sine ani ma sit & cadat, Vnde uerbū excarnificare, Teren. ubi excarnifices, Et Carnificina quæ uox domiciliū cruciatuū & officiū carnificis denotat, Plau. in captiuis. M. Cato Carnificinas numero multitudinis dixit pro suppliciis atqꝫ tormentis & cruciabilitatibus. Distorserat. deforma uerat, distenderat. Mox in loquēdo fabulā, argutiolam cōmenticiam

Sophisma

Epitoma

Illudo

Carnifex

Excarnifico

Carnificina

Ah dic. Illusos cernunt se, instanter iccirco rogitant, quatenus de cal uaria quę bona mala ue habeat sodales non celet. Ah dic. Ah nōnūqͣ flentis, alias ridentis, modo obsecrantis interiectio, quam græci aduer biis connumerant. Teren. in Eunu. Parasitum ridentem inducit Ah ah eh. In Adelphis Sostrata flens, ah me miseram inquit. Priscia. in ea parti cula factā existimat apocopā. Nam perfectū aha sicut uah ,p uaha legi m⁹, cū in h regulariter q̄ est nota aspiratiōis nō possit terminari syllaba.

Ah

Aha

BVT. uidetis hanc caluiciem uel hoc caput
Quod cuncta nutu numine & uoto suo
Regnat, regit, mandat, iubetqꝫ & præcipit
Nolentibus, uolentibus, simul aulicis
Et incolis & accolis & proxumis
Et intimis & extimis, contra deum
Contraqꝫ phas uortit reuortit omnia
Et pro deo pro phasqꝫ rursus si uolet.
ARI. hoc uacuū, hoc illepidū, hoc putre ac uanū caput?

Videtis. Monſtrat caluariã uelut diceret, fors uериſimile uobis non uidetur. Videtis aũt hanc caluiciem. Ariſtoteles in v. de generatione animaliũ, et Albertus germanorũ philoſophus illuſtris libro undeuigeſimo de animalibꝰ cauſã caluicii prodiderũt. Scribit Hippocrates neq̃ fœminas neq̃ ſpadones calueſcere. Quod cuncta nutu. ductu, auſpicio, uoto, deſyderio. uoluntate, Aulicis. Aulæ principiſq̃ cultoribus

Aulici

purpuratis, & arcana principis noſcitantibus. Sueto. Cauſam operis ab interioribus aulicis proditã, Ab aula aulicus, ſicut ab haſta haſticus, & ab hoſte hoſticus, interanea ſyllaba repente pronũciata. Oui. li. iiii. de fa-

Hoſtici

ſtis. Hoſtica tyrrheno uota eſt uindemia regi, Itẽ de Põto, Smyrna uirũ tenuit, non põtus & hoſtica tellus. Item de triſtibus, Et cremat inſontes hoſtica turba caſas. Et incolis. aduenticiis, conuenis & indigenis habitatoribus. Incolam Pomponius eum eſſe dicit, qui in aliam regionẽ domicilliũ ſuum contulit, quẽ græci πάροικον appellant. Nec tm̃ qui in opido morant̃ incolę ſunt, ſed etiam qui in alicuius opidi finibus ita agrum habent ut intra eum ſe quaſi in aliquã ſedem recipiãt. Sed quid inter municipẽ, ciuem, incolã, aduenã et accolam differat li. L. digeſtorũ a iure cõſultis diſputari ſolet ſub titulo ad municipales de incolis. Cõtra deum cõtraq̃ phas. Virtutes principis duę ſũt in primis fortitudo & iuſticia Quod Home. illo uerſu docuit ab Alex. magno Homeri ſtudioſiſſimo

Fortitudo
Iuſticia

obſeruato. Sic Home. Ille bonus pugnator erat dux optimus idẽ, Nõ eſt igit̃ iuſticia ubi contra deũ cõtraq̃ phas princeps ſeducit̃. Cõtra deũ facere dementia eſt, Nam diuũ fortia quid nõ, Tela queũt: Sta. ingt li. ix. Et ſtant nulla diu deceptis gaudia diuis, Sil. li. xv. Contra fas non debet princeps agere, hoc em̃ plus uerebunt̃, q̃ illis plus licet, Ipſis q̃q̃ dictũ accipimus, Id facere laus eſt q̃d decet nõ q̃d licet. Nam q̃s timeri decet, eos diligi decet magis, & iuſta imperare principũ eſt officium. Hoc uacuũ iuſticia, Illepidũ uitiis contaminatum & rubiginoſum. Putre. ſolubile. inconſtans, lubricum. Ac uanum. uirtute nulla præditũ, mẽdax

Principis
officium

BVT. Immo hoc potens gratum placens, laudabile
Quod principem regit trahitq̃ quo cupit
Creat magiſtratus, repellit denuo
Veterem exauctorat ſenatum & conſules
Nouum ſenatum & conſules ſuccenturat
Reiq̃ publicæ reſcriptuarios
Alternitate muneris premit, leuat
Negociatur uniuerſa principis
Sine principe, & conſilia dat ſine conſule

De eiusmodi solo suomet capitulo

Quod cernitis quam illustre, quam egregium eminet.

Immo hoc potens. mendaciis. Gratum. stolido præsidi, Cicero de
senectute, Pares cum paribus facilime congregant̃, & qualis populus ta
lis præses, ait propheta. Laudabile. supparasitãtibus aulicis,. Quod
principẽ regit. Ius regat principẽ. Vir. Iura magistratusq; legũt sanctũq; Ius
senatum, Iura primũ dixit, magistratus deinde, ubi em̃ lex non imperat
magistratui, sed magistratus legi præest, interitus illi paratus est ciuitati
Taceo de scelesto magistratu. Nam seculo premimur graui, q̃ scelera re
gnant, & seuit impietas furens, turpis libido, potens uenere. Creat ma-
gistrat⁹. Disponit honores curiales & ineptis distribuit, q̃d in uerbo cre
are animaduertimus. Verũ eligi debet magistratus nõ creari, Vir. Iura
magistratusq; legũt, Comiciis eligi magistratus romanorũ mos fuit, nõ
a uano capite, et accipi, nõ arripi, Sed proh blãda potestas, Et sceptri ma
lesuadus amor, Sta. li. xi. Exauctorat. dimittit, repellit, eliminat, nexu Exauctoro
soluit & amolit̃. Auctorare obligare significat, Plinius auctoratũ scribit
uindemiatorẽ. Contrariũ illius exauctorare. Inde auctoratus & aucto-
ramentũ. Cice. li. i. offici. Auctoratũ pro addicto interpres Horatianus Auctorati
sumit & pro cõdẽnato, ait em̃ qui se uendũt ludo gladiatores auctora
ti uocãtur. Auctoratio uenditio gladiatorũ. Proprie tñ militẽ sacramẽ
to obligatum dicimus auctoratum, Et exauctoratum a sacramento so
lutũ. Sene. in iiii. de beneficiis auctoramenti nõ nihil recordatur, Quinti
lianus q̊q; in gladiatore a Liuio auctorat⁹ proditor dicit̃. Et ministrorũ
perpetuũ epitheton indit̃ auctoratorũ, Manili⁹, Atq; auctoratos in ter Senatus
tia iura ministros. Tranquillus in Tiberii cęsaris uita, de legendo uel au
ctorando milite. Senatum ueterem. Ipsum nomen senatus profitetur illi
us ordinis habitum et mores, Quod ueteres in secũda declinatione fle- De quarta
ctebant. Nam duplex cõsuetudo ab antiquis grãmaticis noĩbus habita declinatio
est t ante us retinentibus, ut hic senatus tumultus ornatus, huius senatus ne
& senati, tumultus & tumulti, ornatus & ornati. In quã declinatione ca
sum dandi, u nonnunq̃ terminabãt, ut est apud Vir, parce metu Cythe
rea, a gtõ us finito deriuatum, Cæterũ ui si finit a gtõ uis diuisis syllabis Succentu
trahit̃, ut huius senatuis uisuis, huic senatui uisui, Succenturat. subiicit ati
surrogat, substituit, sufficitq; in locũ priorũ, Succẽturatos uerbo milita
ri denotãt qui explẽdę cẽturię gratia subiiciũt se ad supplemẽtũ ordinũ, Scriptua-
Teren. in phor. Nũc prior adito tu, ego insidiis hic ero succẽturiat⁹, si qd rii
deficies. Rescriptuarios. Scriptuarii qui nũc scribę dicũt̃, honesti ordi Archigrã
nis etiã quõdã fuerunt Cicerone teste, Græci grãmatea scribã uocãt, Et mateus
archigrammatea principẽ scribarum, quem uulgus cãcellariũ appellat,
sed latine Flauii Vopisci beneficio, qui hanc uocem romana donauit ci Vicissitas
uitate, Alternitate. per uices, uicissatim, uicissitudine Pro qua ueteres
latini uicissitatem pronunciauere. uti Actius scribit. Negociatur uni-

uerſa principis ſine principe. Solus omnia diſpenſat, Columella uolumine ii. tam ocii quã negocii rationem extare oportere ſcribit, M. quoqꝫ portius Cato idem ꝓbat de originibus. Et Cice. Magnificũ præclarũqꝫ eſſe hoc Catonianum arbitratur Conſilia ſine conſule. Romulus centum patribus conſtare ſenatum uoluit non uno, non duobus, Iuriſconſulti uulgatũ circũferunt adagium, oculos cernere quod non uidet oculus. Eminet, extat. Quã illuſtre, Tria ſunt uocabula, quibus tã in laude quã in uituperio utimur illuſtris, inſignis, & egregius, auctores ſunt linguæ latinæ princeps.

Concludit autem principem triclinio
Ne poſſit eſſe acceſſus ullis abſqꝫ ſe,
Legationes ante mulgens concutit
Quam principis frui queant præſentia.
Edicta & interdicta, iura oracula
Leges, prophanis atqꝫ ſacris dictitat,
Obediunt cœleſtia & terreſtria
Capitello huic, quia nam ſublimat & infimat
Depauperatqꝫ & diuitat, quæ uult facit
Quæ uult iubet, quæ uult uetat, Capitis caput.

Concludit principẽ in triclinio. lecto diſcubitorio, Lectulis enim ſtratis antiqui diſcumbebãt, Vnde Triclinium a tribus lectis in quibus cœnitabant, Horatius, Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos, Verſatilia triclinia priſcorum excogitauit luxuria, Sueto. in uita Neronis. Ne poſſit eſſe acceſſus ullis. Dos primaria regum principiũqꝫ clementia, Q. Curtius, in Ptolemęo Alex. Magni principe, quę laude digna ſũt in quolibet rege ſic colligit, Idẽ corporis cuſtos, promptiſſimuſqꝫ bellator, & pacis artibus q̃ militiæ maior & clarior, modico ciuilique cultu, liberalis in primis, adituque facilis, nihil ex faſtu regio aſſumpſerat, ob hęc regi an popularibꝰ charior eſſet dubitari poterat. Et Seneca, Magnum timoris remediũ eſſe clementiam in principe, quem ferrũ quidẽ tuetur ſed melius fides, Et cũ timeri eum deceat, plus tamẽ diligi. Nam qcquid exprimitur graue eſt. Omniũ uero pulcherrimũ eminere inter illuſtres uiros, conſulere patriæ, parcere afflictis, fera cede abſtinere, tempꝰ atqꝫ iræ dare, orbi quietem, ſeculo pacem ſuo. Hæc ſũma uirtus, petitur cœlum uia. Sic ille noſter hodie Cæſar Maximusæmilianus, ſemp auguſtꝰ quẽ fortuna iactauit diu terra mariqꝫ, per graues belli uices hoſtes uincit, opprimit, ſubmittitqꝫ incruẽta manu, nutuqꝫ facili moderatur habenas, pacis auctor, generis humani arbiter electus orbem ſpecie ſacra re-

Triclinia

Laus principis

Maximusæmilianus

git,patriæ parens,q̃d nomen ut seruet semper inuictus acie, domitorq̃ gentium expetunt cũcti,quos sacra commendat Roma conciues. Et cũ summas exiget horas consumpta dies,ille qui meruit uirtute cœlum,diuus Augustus sydera scandat digna thalamis augusta suis,genere atq̃ forma,probitate,fide omẽs in quam unã contulit laudes omnipotens talem uoluere nasci fata suo regnatori. Legationes ante mulgens, Concussores eos accipimus,quicunq̃ stipendia sibi publice decreta sub dititio lucro augificant calumniantes et cõcutientes.Sancti Ioannis baptistæ reprehensione nocentes.Extat titulus in ll.de concussionibus. Cõcusso res

Edicta. Edicere ait Donatus super x.æneí.est cũ auctoritate aliq̃d curandũ iubere,Principio sociis edicit signa sequaẽ.Et alibi li.xi.Tu uolusce armari uolscorum edice maniplis.Item,sociis tũc arma capessant,edico. In secunda uero comœdia Terentii idem auctor.Edicimus inquit id est iubemus uel iure dicimus,Inde edicta,quæ sunt imperatoris aut prætoris.Vlpianus libro quinquagesimo digestorũ,Qui uetante prætore fecit,hic aduersus edictum fecisse proprie dicitur.Teren.Nũc adeo edico tibi,ne uim facias ullam.Iurisconsulti & interdictũ edicto significari uolunt nonnunquam li.xxxix. digestorum.Interdicta tamen proprie q̃ inter duos dicãtur.Donatus in ecyra.Dicimus q̃d iubemus fieri.Interdicimus quod uetamus fieri.Dicim⁹ etiam uni generi hominũ.Interdicimus diuersis. Itaq̃ p̃toris edicta & interdicta proprie dicũtur. Oracula. responsa.Oraculum pro templo sumitur unde dantur oracula. Vir.li.ii.æneí.Scitatum oracula phœbi,mittimus. Prophanis. popularibus, nos laicos & seculares nominamus. Dictitat. speciei frequentatiuæ a dicere q̃d oratorum est.Significat aũt dictare dicere quod alter scribens excipiat,& manu stiloq̃ notet.Dictitare etiã frequentibus temporibus locisq̃ dicere & narrare.Inde dictata. Persius.Ten cirrhatorũ centum dictata fuisse.Pro nihilo pendas. Obediunt. obsequunẽ.Iurisconsulti uerbum audire ponere solent pro obedire.Vlpianus de arbitris receptis.Si alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerit. Capitello. secunda forma diminutionis.Sublimat & infimat,extollit,deiicitq̃.De pauperat,attenuat & paupes facit.Et diuitat pro ditat,diuites facit.Nonius, Capitis caput. significat totum præsidem possedisse. Edico Edicta Interdicta Prophani Dicto Dicito Dictata

ARI.an uera prædicas rogo te serio?
BVT.quin uera.SA.uera? BV.uerius uerissimo
SAL.hei mira sors istimodi caluariæ.
BVT.quin basiate liguriones hoc caput.
SAL.quare,BVT.quia ipsis capite plexis est caput
Et omnibus furunculis infamibus

Epulonibus, mandonibus, mansuciis
Cui quot usquam sunt uirorum mollium
Ac molliorum fœminis nunc supplicant
Quod in sacris & in prophanis ædibus
Quasi sit deus colunt, adorant, prædicant.

Quin. etiam, immo. Teren. Quin ego hic maneo. Rogo te serio: Mira de caluaria Buttubatta retulit, uera ne sint rogat Aristophorus:

Serio

Hercule uero & serio aduerbia sunt confirmandi. Donatus. Istimodi ἀρχαϊσμὸς id est uetus locutio pro istiusmodi. Basiate. exosculamini Osculandi genera Donato tria uidentur. Osculum, basium, suauiũ, quę separat hoc modo. Oscula officiorũ sunt, basia pudicorũ affectuũ, Suauia libidinum uel amoris. Liguriones. ἀπὸ τοῦ λιγουροῦ. Sic em̃ gręce suaue uocant. Vnde liguriones gulosi ab antiquis catillones uocati,

Ligurio nes
Catillones
Plecti

Capite plexis. truncatis. cæsis, caput punitis. Plecti punire significat apud iuriseruditos. Nam plecti capite quenq̃ dicimus, Silius li. ii. punicorum. Dii procul o merita est si nunq̃ talia plecti. In cõmentario Phormionis. Plagas & plectra a plectendo, q̃d ferire sonat deduci uult Donatus Sic Geta. Tu iã lites audies ego plectar pendens. Mandonibus. a mandendo a quo itidem manducare & manducum opsoniũ, & manducones qui & comedones & heluones gulones & mãsucii. M. Varro in atellanis, Molliorum fœminis. animal molle fœmina. Vir. Variũ & mutabile semper fœmina, Calphur. æglo. iii. Mobilior uẽtis o fœmina. Cui natura si dedisset uires quẽadmodũ audaciã, esset profecto animal hoc inexpugnabile. Seneca dicente. Mulier, dedit natura cui pronum malo, animũ ad nocẽdũ, pectus instruxit dolis, Sed uim negauit ut ne inexpugnabilis esset, sed ægras frãgeret uires timor uel pœna. Pręcãt, laudãt;

Mãdones
Mansucii
Mulier

Ludos, iocos, ferias, honores statuunt
Mandat, probant, remandat, illi idem probant
Condemnat, & dat gratiam, uexat bonos
Amat malos, ut quisq; furcifer fuat
Proscriptus ob crimen caput capital capit,
Seu factionis factiosæ industriam
Latrunculandi animo cum eo paciscitur,

Ferias. festos dies. Et dat gratiam. metaphoricos, Nam dare gratiã solius est dei. Feriis non est usq̃ sua significatio in uulgo, sed ius ciuile dumtaxat huic uoci suffragatur & natiuam insitamq; significationem conseruat. Ferias Hora. uolumine iiii. ad Iulium Antoniũ scribẽs circumloquimur, ibi. Cõciues lętosq; dies & urbis &c. Cessabat aũt præ

tor a iure dicendo,uel propter magnā aliquā fœlicitatem & feriæ dice-
bantur imperatiuę.Nonnunq̃ tumultus sibi obstrepebat quę uacatio di Feriæ
citur iusticium.Erantq; statiuæ,nec non conceptiuæ & nūdinæ pagorū
rusticorumq;.Vnde & paganicæ & sementinæ,et ad mercimonia uer
sanda.Addūtur his publicę feriæ a græcis ἐκεχειρία id est induciæ. Au.
Gellius libro primo quibus nephas fuit lacessere hostem in bello,pro-
pter quas preliares dies constituti sunt.Et priuatæ feriæ sacrorum pro
priorum uelut dies natales.Et sunt feriæ festæ & non festæ uelut Satur
nalia.Et feriæ denicales cum hominis mortui causa familia purgabat, Denicales
Græci em̄ νεκρὸν mortuū dicunt,Et feriæ precidaneæ Aul.Gel.li.iiii. A
feriis deriuamus feriatū q̊d festum & lætū significat, aliquādo torpidū
& segne.Tu require plura de feriis apud M.Varronem de originib⁹.Et
Macro.li.i.satur.De negocioso παροιμιακῶς id est prouerbialiter dici-
mus,Sibi nec puero quidem unq̃ ferias contigisse.Seneca in libro de bre Vexo
uitate uitæ.Inter fœminina semper pluralia ferias dici putat Diomedes
Vexat bonos. Vexare uerbum graue & intolerabilis ad sustinendū
contumeliæ.Au.Gel.Cicero accusationū in C.uerrem li.i.qui nunc po-
pulati atq; uexati cuncti ad me publice sæpe uenerunt.Prouerbii uice ce
lebratur.Suam fraudem quenq; uexare,de conscientia dictum. Furci- Fuat
fer fuat. fuerit,futuri tpis uerbum defectiuū.Seruius in x.cōmentario.
Fuere uerbum esse uolunt grammatici.Vnde futilis,& futare & confu
tare,sed futare quod alias arguere significat,a Catone pro sæpius fuisse Futo
accipitur.Et pro sim uel fiam inuenimus positum fuam Marcello aucto
re. Proscriptus ob crimen. proscribere uenale proponere & per scri-
pturam publicare significat.Cice.lib.iii.offi.Claudius proscripsit insulā Proscribo
In rebus uero animatis producere.Vnde seruos uenales produci enunci
amus.Itē proscribere est relegare,Hora.Proscripti regis rupili pus atq;
uenenum.Cicero in Verrem.Nō solum illud proscribunt q̊d prohibiti
sunt.Iuuena.In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres. Capital caput. Capital
q̊d plurimis periculum capitis immisit, Plau.in menęchmis, Tam & si
capital fuerit,Capital a priscis dictū est periculum capitis,significat etiā
fasciolā qua capillum ueteres in capite colligarunt. Factiosæ factionis Factio
factio quondam honestū uocabulū fuit,nunc seditionē significat.Tertu
lianus his putat factiosorū nomen accōmodandum,qui in odium bono
rum et probrorū conspirant,Salustius inter bonos amicitiā,inter malos
factionem esse scribit. Factionis factiosæ. id est uecordis,odiosæ,insi-
diarum atq; armorū plenæ,sediciosæ,tumultuariæq;.Factionem Apu Factiosus
leius uesanam uocat.Et linguā nimis factiosam seditionibus & grassa-
tura redundantē.Au.Gel.appellauit, Latrunculandi animo, latroci-
nari uerbum latrocinale ad latronum rapinas & prædationē pertinet,
quorum multiplex fit mentio in libris romanarum legum,sed et latrun Latrunculari
lari a quibusdam usurpatur.Inde latrunculatorem dicimus qui iudicat
de latronibus li.v.digestorum Vlpia. Paciscitur. conuenit.pacto coit.

Accedite huc lenocinatores uiri
Caput hoc pudicos nunquam amauit coniuges
Accedite huc adulterantes fœminæ
Caluaria iſta proſtitutas diligit
Accedat huc & uirginum uenundator
Sæpe hoc caput deuirginauit uirgines

Adulteriũ
Stuprum
Iuriſcon.
Philoſophi
Deuirgino

Adulterantes fœminæ. Adulteriũ lex iulia ſtuprũq; appellat promiſcue, ſed proprie adulteriũ in nuptã. Stuprũ cõmittit in uirginẽ. Scribit iuriſcõſultus in primis ad patrẽ & maritũ pertinere coertionẽ accuſationẽq; matronarũ impudicarũ. Adulteriũ leges uolũt dici, quaſi ad alterius thorũ acceſſum, Et patrem habere ius occidendi adulterũ inuẽtum cũ filia, dum tñ utrunq; occidat. l. patri. ff. eodẽ. Et retinentẽ uxorẽ quã in adulterio inuenit puniri ut lenonẽ, ſed hæc iuriſcon. cõcedamus, quorũ ſapientia uera eſt philoſophia. Ipſi quoq; ueri philoſophi, licet pecuniã nõ abiiciant, ut ait Accurſius. Proſtitutas, ſcorta meritoria quæ ſui corporis poteſtatẽ faciunt. Virginũ uenundator. qui per uim & inuitam ſtupratori conciliat. Deuirginauit, corrupit, ſtuprauit, Vnde puellas deuirginatas dicimus, quæ præfloratæ conſtupratæq; uirginitatem exuerunt. Alia eſt illius uerbi ſignificantia, cum ephœbum deuirginatũ enũciamus. Nam uolumus ſignificare eum ex ephœbis exceſſiſſe.

ARI. unde ergo adeſt? Bu. ex arabia, AR. nomẽ q̊d eſt?
BVT. Sergius, an ignoratis illum Sergium?
LIX. grammaticum? eundem qui latina perdocet?
BVT. nequaquam, at illum apoſtatam atq; perſicum
Qui ne latine neue græce doctus eſt
Monioſthenis reprobi ducis meritorium.

Arabia
Grãmatici officium

Ex arabia. licet fœlix a noſtris et a grẹcis eudæmon dicatꝛ arabia propter multa odorata ad ungenta pertinẽtia quẹ inde ad nos aduehuntꝛ, Hæreticẹ tñ prauitatis gratia & monſtrorũ quibus illa terra pullulat, religio chriſtiana q̃ portentoſa ſignificare uult ex ea producit. Sergium, de q̊ ſupra. Grammaticũ. uulgi ſtolida & importuna exiſtimatio oĩs latinitatis corruptela grãmatici nomẽ pedibus proculcans in ludũ triuialẽ tanq̃ in piſtrinum relegat, Immemor græcitatis & oblita uim uirtutemq; uocabuli grẹcanici, Quid eñ aliud grammaticus ſignificat q̃ literatum? Quibus apud priſcos id muneris incumbebat, ut omne ſcriptorum genus, poetas, hiſtoricos oratores, philoſophos, medicos, iureconſultos excuterent atq; enarrarent, cenſerent, diiudicarentq;, q̃obrem

Critici hoc est iudices uocati sunt, quo nomine tu me indignum dulcis Critici
sime præceptor in epistolis tuis mellitis ambrosiam nardumq; redolen
tibus sæpicule appellitas, sed hæc hactenus. Partes enim nostræ iam nõ
sunt ut inertiam uulgi castigemus. Diogenes philosoph⁹ (si philosophi
nomen sibi Lactantius permittit) grammaticos quoq; sicut nemini pe
percit mordicus prҽhendit. Nam dicere solebat, Grammaticos Vlyssis
mala requirere suaq; ignorare. At illum apostatam. defectorem, re-
tractatorẽ, rebellẽ, professæ religionis abiectorẽ, graece ἀποσάτης, ου, Apostata
Augu. apostatam interpretatur retro abeuntem & dei inimicum, qui
non est sustinendus in omni gente, xxvi. q. ulti. Non obseruetis, Nec
latine doctus. Latine loqui a latio dictum est inquit Pompeius, quæ lo
cutio adeo est uersa ut uix ulla pars eius maneat innoxia. Cæterũ mor
tuo comparauit Aristoteles indoctum, auctor est Laertius. Vnde sapi Indoctus
entiss. Cato li. iii. quem libellum græca phrasi doctus Planudes honesta
uit, sic Cato. Instrue præceptis animum &c. quod grҽce hoc modo tran
stulit, σὸμ ῥύθμιζε διδάγμασι νοῦμ καὶ μήποτε παύσης εἰκὼμ ὁ θανάτομ
βίοσ ἄμμορος ὢμ διδαχάωμ. Meritorium. precio conductum, Vn
de meritoria uehicula, meritoria cœnacula, Iuuenalis. Nam quæ meri- Meritoria
toria somnum admittunt, Meritoria scorta quæ precio pudorem nun scorta
dinantur & uenditant.

LIX. Quõ igitur monachus fuit? BV. Blatero fuit
Dicaxq; multiloquusq;, uir sophisticus
Nil dixit, at loquutus est, audaculus
Temerarius, uersutus, insolens, loquax
Ast quando relligio suam nequiuerat
Amentiam ultra ferre, correctus fuit
A fratribus patribusq; more regulæ
Vt par fuit, quod non tulit bene Sergius
Curans quo abire possit e monasterio
Erupit, euasit, retrocessit fugax
Quærendo qui moris sui compar foret.

Quomodo igitur monachus, si nec græce nec latine doctus. Bla-
tero, loquutuleius loquax. Dicax. cauillator. Multiloquus. extãt
Hesiodi poetarũ prudentissimi aduersus linguã immodicã uagantẽ &
temerariã uerticuli nõ insciti, ab Au. Gel. recitati uolumine primo capi.
xv. Vbi etiã ostendit q̃ importunũ sit uitium futilis inanisq; loquacitas Sophista
Vir sophisticus. cauillator, deceptor, simulator, Sophisticã Boeti. ca-
uillatoriã interpretat. Alcinous Platonicus sophistã a philosopho separ

hoc modo, ꝙ ſophiſta potius exiſtimari uelit q̄ eſſe honeſtus & bonus, Nil dixit. honeſte facundeq; elocutus eſt, Oratores dicere proprie ſolent. Vnde dictio facunda & oratoria oratio, Audaculus. temerari⁹ lingua proterua & procaci, Verſutus ad malitiā callidus. Inſolens, ineptus importunus, Loquax blatero ſtolidus, uanus, fere fit in quo ſit plurimū loquentię ut in eodem inuenias parū ſapientiæ, ut ſcribit Saluſtius, Compeſcere linguā hortat̃ Cato, Sic Planudes πρώτιστην ἀρετῶν οἶμαι τὸ γλῶσσαν ἐπίσχειν, primam uirtutū puto linguam cōpeſcere, Aſt. enarrat quō in apoſtaſiam inciderit. Religio. uaria eſt illius uocabuli etymologia, ab Au. Gellio ſynceriſſimo ſcriptore perſcripta li. iiii. ca. ix. M. C. uidetur pro anxia obſeruatione ſumere in libello de oratore perfecto. Amentiam. deliram deſipiētemq; uanitatem. Monaſterio. ſolitudine, græca uox μοναστήριον ἀπὸ μοναχὸς ſolitari⁹. Erupit, euaſit, minus eſt erupit q̄ euaſit, Nanq; euadimus per ardua atq; interrupta. Retroceſſit. a norma uiuendi religioſa defecit. Igitur apoſtata ex diui Auguſtini interpretamento. Fugax fugitiuus. Quærendo q̄ cōpar, puerbialiter recitat̃. Malū eſſe malo aptiſſimū propter ſymbolū

Dico

Religio

Monasteri

Euado

Quid multa? repperit ſui ſimilem latro
Potentiorem ſe tamen tui ut queat
Tanquam deum Tutanum & afferentem opem
Nomine Mahometum Cyrenæum genus
Quem patria græce uocat Moniosthenen
Deinde amiculum reiecit & ſcapularia
Sed & cucullum omnemq; adornatum ordinis
Conſtantiam & probitatem & integram fidem
Atq; ut breui ſermone plurima explicem
Monachus qui erat factus eſt apoſtata
Fratrum ſuorum perſecutor maximus
Quotieſq; uictus uinculis iniectus eſt
Toties Mahometus receptum liberat
Vel blandiendo uel minando fratribus.

Quid multa. .ſ. de fugitiuo apoſtata. Tui, defendi, a tuor infinitiuus. Tanquam deum tutanum. deum tutorem a tutando. Varro in Hercule. Vnde & Tutilina dea. Cyrenæum genus, a Cyrenis aphricæ ciuitate, quam Battus condidit lacon. Inde regio cyrenaica, quæ & pentapolis, illuſtrata quondam oraculo Iouis arenarii. Lucanus & Q.

Tutanus
Tutilina
Cyrene

Curtius li.iiii. Amiculum. appēdicem ſcapularem. Et ſcapularia. Amiculū
per amiculum quid uelit intelligi ſignificat. Adornatum. ornatum
Poetis permittitur addere & adimere literam ſyllabamue ut ſtet uer-
ſus, Virgi. Eduramq; pyrum. Conſtantiam. ſignificat eum cum ue
ſtibus pudorem probitatem & cætera religionis emolumenta proieciſ
ſe. Fidem integram. integritatem fidelem, qua re nulla magis decet
religionem. Apoſtata, hoc genere hominum nihil terra alit ſæuius.
Quoties. Caper ſolertiſſimus antiquitatis perſcrutator quoties & toti Quoties
es ſine n enunciari docet ſcribiq; debere, ſicut decies millies, Priſcianus
uero interponit n lib. xv. Victus. Pręhenſus, captus carcerarius apo
ſtata, Mahometus. deus Tutanus apoſtatæ. Vel blandiendo uel
minando, duplex graſſandi uia.

Idem Mahometus Damaſcum primitus
Vbi obtinebat & ſyros & arrabas
Turgebat hoc caput in grauem ſuperbiam
Lenigero equo & uolucri caballo inſidens
Cum quattuor coequeſtribus dromonibus.
Si orare coram plebe uel patriciis
Conſtituerat, ſeſquipeda uerba ruminans
Pontificio redimiculo comptiſſime
Trabeatus in ueſte augurali apparuit.

Damaſcum primitus. Syros & arrabas, terram ſuę dicioni ſubditi
tiam. Damaſcus urbs eſt ſyrię, Q. Curtius li.iii. Stra.xvi. & Ioſephus ille
uel Ioſippus qui a Hieronymo græcus Liuius appellatur li.an.ii. Arra
bas. adiecit literam poetica fretus licentia, ad augificandā ſyllabā pro
pter uerſum. Turgebat. inflatum tumidumq; factum. Grauem.
ſubditis longe moleſtiſſimam. Lenigero equo. uectū ſignificat grada Gradarius
rio equo, molli gradu nitente, & ſuccuſſatura, non ſtrigoſo & male ha-
bito, ſed obeſo, nitido, leni & habitiſſimo. Sciendum tn̄ aut mannos eſſe Manni
equos, aut iugales. Plini. in epi. de mannulis. Volucri. ueloci, Cabal Caballus
lo. equo. Sic em̄ græci appellant equum ſatyricum apud nos & opicū Dromōes
uocabulum. Dromonibus, equis curſoriis citis uelocibus, ἀπὸ τοῦ δρο
μου. i. a curſu. Inde δρομικὸσ curſiuus. Seſquipeda uerba, ampla, magna Rumino.
multiſyllaba, Hora. Et ſeſquipedalia uerba, Ruminans. immurmurās
muſſitans, reuocans & renouans. Pontificio redimiculo. faſcia, linteo Trabea
tegmine ſacrificali. Trabeatus. trabea ſuccinctus & ueſtitus. Plinius
accepit reges uſos fuiſſe trabea. Virgi. auguribus concedit li. vii. æneí.
Paruaq; ſedebat ſuccinctus trabea. Perſius. Vel quod trabeate ſalutas.

Sed me dies deficiet ortus hic recens
Si res uelim gestas ad unguem exponere.
Quo fastu & impetu sit usus initio.
Quibusq; tunc & nunc minis & perpetim
Nam sęuiebat ut assolent apostatæ.

Sed me dies deficiet. linquet, destituet, Cicero, deficerent me literę, & ad Brutum de perfecto oratore, Q; si quem ingenii uis forte deficiet.

Recens ortus. Vnde & solem nouum in dies oriri opinio est quorundam, Vir. Aut cum sole nouo terras irrorat æous. Ad unguem. Ex-

Ad unguē amussim, absolutissime, Translatio a marmorariis, qui iuncturas lapidum explorāt unguibus, Persius, ut per leue seueros, effundat iunctura ungues, Hora. ad unguem factus homo, Vir. li. ii. geor. Nec secius omīs in unguem, Dictū de his quæ significamus perfecta absolutaq;. Quo

Fastus fastu, tumore, superbia, quemadmodū neminē dignatus est, Quarto ordine fastus inclinatur in eo significatu, fastos secūdi ordinis pro libro sumimus in quo computatio dierum est, Seruius in quarto commentario nititur auctoritate Ouidii quę magna est, Quintilianus honestum putat errare cum magnis auctoribus, Nam finitiones grāmaticas non usq; quaq; spectandas Au. Gel. putat quas fetutinas & prętrancidas ap-

Perpetim pellat. Ex qua re auctoritatem accipimus in grāmatica summorū præ-

Perpes sertim uirorū habendam pro ratione, & ad eam ueluti anchorā cōfugiendum. Et perpetim. Perpes etis. Lucre. utitur non uno loco. nomen est aduerbii uim obtinens, A quo aduerbiū ꝑpetim formatur, quod iugiter significat, Sed a perpes etiam perpetuus nomen æui trahitur. Super quo nomine scitatus quondā ego a grāmatista literatore triuiali an cō-parationē reciperet, quo scitamento deprehendi eum Priscianū non legisse, quem si uel a limine salutasset, huic scirpo nequaq̄ inesse nodum ipsus animaduertisset, Sed quod textui Aristotelico, hoc idem Prisciagrāmaticorū principi iamdudū cōquerimur accidere, Quare fit ut laruas & portenta in lingua latina nostri effutiant philosophastri. Vt assolent, apostata nanq; qui cum ueste pudorē nundinatur, si periurus in deum fit, quid sperabimus inter homines facturum?

SAL. Per pol & ædepol, & Herculem, & Canem
De hoc tu quidem memorosiora q̄ antea
De quaq; re unquam audiuerim modo explicas.

Per pol Per pol. pollucem, Teren. Haud pol, Inde ædepol idest per ędem Pollucis, Iurandi fœminis aptæ particulę. Et Herculem & canē. Festiuus ludionis iocus, alii per Herculem iurant, hic canem adiungit.

BVT. Nondum omnia, primum omnium fœcialiter
Fraterculis bellum horridum indixit ſuis
Monioſthene fretus duce, proinde & ſacris
Victum ſacerdotibus ademit annuum
(Conſueuit appellare præbendas ſacras
Vulgus) renunciauit ille apoſtata
Sub nomine illius Mahometi uiris
Bonis, ſacris presbyteris præbendulas
Dimittere, & ieiunio mortem mori.
Sic omnibus facit probis caput hoc uiris
Sed ganeonibus & ligurionibus
Pater & protector eſt caput hoc præ omnibus.

Fœcialiter. publice, ſolenniter, apparatu bellico, & per fœciales. Hi
bellum indicebant, & fœderibus faciendis fideiq; publicæ inter popu
los præerant. Hoc genus ſacerdotii Numa Pompilius inſtituit, a grecis Fœciales
ἱερηροδικοὶ uocant fœciales. De quibus Dionyſius & Plutar. in prople
matis, & M. Varro, Ti. Liuius formulam fœderis colligit, Mirum de
monacho apoſtata qui ſolenniter bellum indixit & fraterculis, & horri
dum & ſuis, Contra illud quod in decretis canonicis legitur ſeruos dei
non oportere litigare, ſed eum imitari qui dorſo ſuo peccatores tulit fa
bricantes, Fretus Monioſthene duce. ſeculari brachio, contempto
beatiſſimi papæ iudicio, Præbendas. canonicatus, uulgus prebēdas Prebendæ
uocat, iuriſpontificii periti nonnunq̃ beneficia & præbendas in eodem
ſignificatu accipiunt alias diſtinguunt. Renunciauit bonis uiris. no- Renuncio
mine ducis ſui exauctorauit, & irrita eorum ſacramenta nunciauit, Re
nunciare uti Pedia. inquit in gloſſematis uerrinarũ eſt irritũ nunciare.
Ieiunio mortem mori. Fame, inedia, Viã mortis qua quis inedia mo
rit Apu. li. meta. viii. placidã ocioſamq; ſibi uideri exiſtimat, Greci ali-
oqui canentibus, οἴκτιστον λίμῳ θανέειν, Hieremias quoq; in threnis. Me Fames
lius eſt occidi gladio q̃ fame extabeſcere. Et in Ezechiele famis ſagittas Silius
eſſe mortiferas legimus, A Plinio Mors famis dira nominat, Quibus Sed
inedia mori conſiliũ eſt, hi ſeptimo demum die mortem oppetunt. Plini
us tñ auctor eſt duraſſe plæroſq; ultra undecimũ. Silius punicorũ ſcri-
ptor fame interiit. Sed. contra, exaduerſum, ecõtrario, Sed contrarie
ſemper eſt ſignificatio ſententię, & tranſfert ſignificatum ad aliam rem
quam ad eam de qua agebatur. Terẽ. Optimum ſed ſequere me intro,
Bona paraſitis denũciat, audituq; beniuola, Vnde ad oſculum inuitat,

H

Geniculantur itaq; uiritim caluam basiantes salutãt, quos mox sermone uerso lusum & leue uulg⁹ ad execrandũ maledicendumq; perducit.

ARI. O amabile hoc caput, BVT. osculari desinis?
ARI. Exosculor quia leno sum, salue caput
O caput omnis lasciuiæ, caput leue
Cauum caput sine spiritu sine lumine
Salue caput, præsidium & heluonibus
Glutonibus, gulonibus, nihiliuiris
Et dulce scurrarum decus, salue caput.

Glutonẽs
Nihiliuir

Glutonibus. ab ingluuie & ingurgitatione dictos, ait Festus. Nihiliuiris. leuibus, futilibus & nugatoribus, Plautina imitatio, qui dixit nihili hominẽ in bacchidibus. Et in mustellaria ubi ait, Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci nõ erit. Scurrarum. ridiculorũ mordacium, græci τοὺς βωμολόχους uocant, quia nostris scurræ a sequendo dicunt, Hinc scurrilitas & scurriles ioci. Et dicacitas scurrilis. De qua Cicero perquam diutile libro dialogorũ ii. Antiqui planos dixere quasi errones & seductores, A scurra scurrulam ὑποκορισικῶς hoc est per diminutionem. Apuleius li. x. meta. inclinauit.

Scurra
Plani

BVT. Vt autem aperte cuiq; uera prædicem
Caput hoc inane quod uidetis planiter
Est tale, quod loculos suos plenos facit
Nec dat sed accipit semper, nec unde sit
Quærit, sed an sit qui det & det largiter.

Vt autem. Incipit contraria persuasione ad execrandum detestandumq; caluariã permouere. Vera. attentos facit, uelut hactenus scurrilia recitauerit. Planiter. plane. Loculos suos. Crumenam, marsupium. Satyrica hęc omnia sunt uocabula, Iuuena. Neq; enĩ loculis comitãtibus itur, ad casum tabulæ. Et alibi, Defossa in loculis quos sportula fecit amicos. Nec dat, eo uerbo ludionibus bilis erigi potest, accipim⁹ itaq; eis iã frontẽ caperare. i. contrahi & rugari. Sed accipit. hoc indignius ferunt. Et semper, non semel bis terue, sed semper. Nec unde sit quærit, q. d. improbis simul probisq; aufert, quare cauete histriones.

Vos autem edaces & famelicos fures
Noui, nihil ludatis usquam a quo nihil
Rerum dari potestur, ut fruamini
Deinde amat quoq; neminem nisi apostatam

Similem ſui,uel qui Mahometiſta ſit
Profeſſione,aut genere phryx aut perſicus
Aut Medus,aut Damaſcus,aut Syrus,aut Arabs,
Nam illos domat,regit,gubernat,inuolat.
His Alkoranum fecit & legem tulit
Qua Saraceni utuntur & turcæ truces
Sic dictu & actu uult omnes apoſtatis
Fieri pares,tegere ut queat ſuum ſcelus.

Vos autem eda.& fa. Paraſitos edaces a famē & edendo compoſi Famelicus
tum,Famelici nomen Donatus autumat,quaſi famedici.Poteſtur pro
poteſt dictū antique, Vir.Quod fieri ferro liquidoue poteſtur electro Electrum
Vbi haud quaq̃ me fugit quod Landinus affert, Non ſegniter tamen
miror Virgilium ita poſuiſſe in eadem quantitate alibi,ubi preconium
ad Meſſalam dirigit,primā electri ſyllabam eadem correptione dimen
ſus,ait,Coralio fragili & lachrymoſo mouit electro.Ego ſyſtolen admi
ſiſſe poetam exiſtimauerim.Nam græci ξερὸν ἀντὶ ξηρὸν ponere ſolent,
Silius li.i.producit.Electri gemino pallent de ſemine uenæ. Aut gene
re phryx. barbarus,& animi peritia defectus.De phrygibus prouer Phryges
bium a M.Cicerone uſurpatur in epiſtolis,ꝙ ſero ſapiant. Inuolat Inuolo
inſinuat,præhendit,A uola interiore manus parte. His alkoranum Alkoran.
fecit. Sic appellant uolumen legis Mahometicę,quæ magna ex parte Turcæ
uirus continet Neſtorianum. Et turcæ truces. duæ gentes fidem ma Saraceni
xime chriſtianam infeſtant Turcarum & Saracenorum.

ARI.Heu pœnitet ꝙ oſculatus ſum hoc caput
Nam ſcire debui cauum quod nil habet
Quare nihil præſtare quit ſodalibus.
SAL.Et me pari mœrore pœnitet quoq;
Et hoc quidem de Buttubatta ægre fero
Qui ſpem bonam caluarię nobis dedit.
LIX.Similiq; ego reſipiſco pœnitudine
Quare mihi palinodia eſt canenda iam
Dii te caput uacuum atq; inane perduant
Et fulgur & fulmen ſuperne concremet
Et quicquid inferis mali eſt diſpulueret.

Pœnitet. factum nollem. Cauum. quod nihil habet, uerba sunt hypothesi nostrę q̃ aptissima. Et me pari errore pœnitet. uellem ego q̃q; non factum. Veteres dixerunt minus factum & nolo factum, cum ali cuius rei eos pœnitebat, Teren. in Ecyra. Qui spē bonā, magnā. Persius. At bona pars procerum. Ostendit se iusto dolore permotum. Fuit de spe apud maiores prouerbium. Ego spem precio non emo, Item de nimia spe Cato in oratione censoria, Sepe audiui inter os & offam multa interuenire posse, Veteres deam coluerunt spem quæ lusoribus pręest. Oui. Spes dea lusorum, quæ multos fouet, multos etiam decipit. Tibullus poeta, Hęc laqueo uolucres hæc captat arundine pisces. Cum tenues hamos abdidit ante cibus. Extant græci uersiculi adagiones, εἰς ἐλπίδας id est in spem. Simili pœnitudine. pœnitentia, Paccuuius in teucro, quæ desyderia pœnitudinis. Resipisco. resipio, recolligor.

Nolo factū

Spes

Palinodia

Perduant

Palinodia, recantatio, Nam prius bene cecinit & bene dixit, modo recinere & male dicere uult. Est aūt παλινῳδία dicta latine recantatio Composita dictio a πάλιν id est iterum & ᾠδὴ cantus. Hora. in Cratidiam scripsisse dicitur palinodiam li. carminum primo. Perduant, perdant, antique dictum, ut duant pro dent, fuit apud priscos lex Numæ Pompilii regis Romani de parricida his composita uerbis. Si quis hominem liberum morti sciens duit, parricida esto. Et fulgur & fulmen, separat quæ diuersa sunt stoicis auctoribus. Nam terræ halitus si in nubem sese induerint, eiusq; tenuissimam quanq; partem ceperint diuidere ac dirumpere, idq; crebrius facere & uehemētius, tum & fulgores & tonitrua existere. Si aūt nubium conflictu ardor expressus se emiserit id esse fulmen. Choruscationes inquit Lactātius fulgura a fulgore dicta sunt. Et fulguratio a fulminatione distinguitur auctore Seneca in ii. naturalium quæstionum. Vult em̄ fulgurationem comminationem esse sine ictu, Fulminationē autem iaculationem cum ictu. Ideo ait fulgurationem esse cum late explicitur ignis, fulminationem cum cogitur Dispulueret. in puluerem disseminet,

Fulgur
Fulmen
Fulguratio
Fulminatio

SAL. Nix, ignis, effrenes procellæ & grandines
Venti maligni, & motiones terreæ
Fames, sitis, curæ graues, atq; inediæ
Febres & hulcera atq; pestilentitas
Morbus caducus, si qua sint & cætera
Mortalibus nocitura uexent te o caput.

Effrenes. attroces, importunę. Insanas poetę uocant eiuscemodi procellas. Venti maligni. difficiles, molesti, infœlices. Motiones terreæ motus, hiatus terræ te desorbeant. Fames sitis. Mala recitat quæ poeta colligit li vi. Addit em̄ & quicquid inferis mali est. Inedię. esuritio

nes famelicæ. Et hulcera. uulnus aiunt distare ab hulcere, q uulnus externa ui aut pulsu corpori infigitur. Hulc⁹ ex interni humoris corruptione existere, aspirandum huic uoci græca admonet orthographia, Illi enim ἕλκος scribunt. Pestilentitas. pestilentia. Morbus caducus, epilepsian Galenus uocat, latini comicialem, qui adeo detestabilis apud antiquos fuit, ut per eum comicia soluerentur. Piaculum enim uidebatur habere comicia uiso comiciali. Sic Seren⁹. Et subiti species morbi cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia iusta recusant. Sæpe etiam membris atro languore caducis. Concilium populi labes horrenda diremit. Mos fuit apud ueteres spuere in morbum comicialem. Plautus in captiuis. Et eum morbum esse qui me opus sit insputarier ne uerere, Multos iste morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit. Plini. lib. ix. natu. histo. Suetonius in Iulio. Corne. Cel. lib. iii. ca. xxiii. Caducus dicitur eo q is qui afficitur hoc morbo cadat. Lunaticus a quibusdam, quanuis a caduco sit alius lunaticus & spaticus. Vexent. uerbum imprecationibus dirisq; peraccomodum, quia graue.

Vulnus
Hulcus
Comicialis
Caducus
Vexo

ARI. Par ipse uotum squalido capiti imprecor
Quod inferis est terror, id te distrahat
Terræ te hiatus glutiendo absorbeat
Furiale bellum cerberusq; & tartarus
Te in carcere atro in tulliano torqueant
Viuum atq; adhuc uinctum catenis ferreis
Et squalor, horror, aridus semper tremor
Densum chaos & ater umbrarum chorus
Te cum Mahometo tuo dilanient
Te strangulent, obstringilent, obliterent
Et culter & uenenum & incantatio
Vitam tuam quæ est mors acerbe finiant.

Furiale bellum. Furiarum flagella, de furiis poeticum figmentum quid sibi uelit Cicero explicat in oratione contra L. Pisonem. Et pro Sexto Roscio amerino ubi scribit. Non debere homines putare quemadmodum in fabulis sæpenumero uident, eos qui aliquid impie scelerateq; commiserunt agitari & perterreri furiarum tedis ardentibus. Suæ quemq; malæ cogitationes conscientiæq; animi terrent, Et reuera nullus est grauior testis conscientia, carnifex occultus, qui magis lancinat torquetq; uitalia quam cruces, quam uerbera, quam tormenta, græcis dicentibus συνείδησις πλήττει τὴν ψυχὴν Conscientia uerberat animam. Cerberus. Sexto

Furiæ
Conscientia

æneidos etymon illius nominis Seruius præscribit & Fulgentius Placy
ades. Cæteri mythici historici & Eusebius chronographus Orcũ regem
Molossorum canem habuisse memorant ingentis magnitudinis, nomi
ne Cerberum, qui Pirithoum descendentem ad raptum suæ coniugis
deuorauerit. Tartarus. de quo paulo superius ex sententia Platonis.

Carcer

Carcere atro. δεσματήριον græci carcerẽ vocant. Sed non sunt car
ceres q̃d carcer, quẽadmodũ industri⁹ lector apud Seruiũ reperiet, i. ęnei
dos, poetę confundunt, Et squalor. sordes, obsitus horror, contamina

Chaos

ta inquinato. Terẽ. Video sentum, squalidum, ægrum, Densum chaos.
horribilis confusio, a capacitate & a capiendo Oui. i. meta. & .i. Fastorũ
Vir. li. vi. Statius libro iiii., Silius li. xi. punicorum. Hesiodus & ipse cha
os describit. Dilanient distrahant dilacerent. Strangulent. suffocent

Strangulo

a græco est strangulare, Varro consentit, Illi enim στραγγαλέω suffoco.

Obstringillo

Obstringilent., obstent, occurrant, restitent, Veteres usi sunt eo uerbo,

Oblitero

Varro in manio. Obliterent. obliuioni damnent, æternis inculcent te
nebris. Et culter & incantatio. repentinam significat mortẽ & subitari
am. Ad mortẽ inferendã græci scribunt tria præsto esse, gladiũ, laqueũ
& uenenũ, sic illi τὰ τρία εἰς θάνατον ξίφος βρόχος κώνειον tria ad mortẽ
gladius, laqueus, cicuta uel uenenũ. Et incantatio, loquitur histrio uul
gi more cui persuasum est aliquando ui magici carminis a sagis aliquid
effici posse sanguinariis. Vitam tuam quæ est mors. uitam malorum
esse mortem quis negat? Cum beatus Hieronymus in suo testamento

Vita malorum

uitam mundi, non uitã sed mortem appellet, sic e diuerso bonorũ homi
num mortalitas magis quam uita morte finitur, ut est apud Plinium ad
Romanum libro secundo epistolarum.

BVT. factum bene est, caluuntur hac caluaria
Quicunq̃ spem locant in hanc caluam cauam
Egi meum officium sodales optumi,
Ludos leues meo cauillo callide
Vobis uidentibus attuli, id licuit mihi

Factum bene est. digna imprecati estis, partes uestras abunde egistis

Caluor

meę sunt reliquæ. Caluuntur. frustrantur, a caluis inimicis tractum,
q sint omnibus frustratui. Quicunq; spem locant. disciplinam nobis
pręscribit poeta, docens in hominem nihili non debere nos spem aliquã
collocare. Sodales optumi, de sodalibus affatim supra memorauimus,

Cauillum Cauillor

quanquam prouerbiũ apud gręcos habeatur δὶς καὶ τρὶς καλόν, Meo
Cauillo. cauillatione, Apuleius, scitum cauillũ, Cauillari seculum Ci
ceronis pro iocari sumpsisse Marcellus existimat, Festus Pompeius irri
sionem appellatione cauillationis intelligit, sed alibi significantius pro
iocosa calumniatione sumit. Quam rem morosa uenatione rimat̃ Lau.

Valla libro elegantiarũ. vi. Sed ut colliquescat facilius meliusq;, uno fit exemplo, quod apud Auluũ Gellium requires li. vi. Priscia. a caluo deriuari putat, ut dicatur cauillo pro caluillo, cuius primitiuum Salusti⁹ in iii. histori. posuit ubi inquit calui ratus.

EPILOGVS

Si quis cupit prudenter omne negocium
Gerere, ut rei priuatæ & id quod plus erit
Etiam rei communitatis publicæ
Bene commodet, frugaliter cadat, & quadret
Is meminerit quæ hac dicta sunt comœdia.
Cum capite uano nil agat, nec consulat
Vbi nec sapientia aut constans fides,
Præsertim ubi iam peierauit denuo
Nam peius est unquam nihil peiurio.
Nunc plaudite, & ualete, res acta est satis

Facturus operę preciũ expectatione recitator admonitione scita eruditaq; salubriter consulit, Quid eñ aliud prę se fert comœdia? si Cicero ni fides habetur Et qd est aliud uita hominis nisi comœdia? q̃ Polycratus tragœdię similẽ esse dicit, propter tristem plærũq; exitũ, Tale quiddam apud Plau. cernit, ubi fabula claudit captiuorũ, Prudenter, circũspecte, deliberanter, cũ consilio, Bene cõmodet. utiliter succedat, exponit ipse. Et quadret. nõ inepte cõsentiat. Is meminerit. mente teneat Nam meminisse decet quę legim⁹, Sic Cato, τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο lectorum cognitorũq; memineris. Vano. stolido, cũ q̊ nihil effici quit prudẽter Peierauit, peieratorẽ deus odit Phocylides inqt, Peiuriũ dici scribiq; præcipit Beda, non periuriũ, Peiuriũ M. Cicero finit li. iii. de officiis. cui libro in moralibus debetur primatus, si diuo credimus Augustino. Nunc plaudite & ualete. res acta est satis, finem orationis si placuisset fremitus excipiebat. Quod apud Quintum curtium li. viii. legimus Sic ille, Non alias tam alacer clamor ab exercitu est redditus. Sciendum tamen hęc uerba fieri quondam solita per recitatorem ad populum, audiendi spectandiq; tam auidum tanq; cupidum, ne finem comœdiæ sentiret euenisse, quapropter ad plausũ hortabat̃, ut fabulam eis placuisse significarẽt manuum complosu. Legerat quidem Diogenes diutissime, cumq; ad finem libri nihil ultra scriptum ostenderet, bono monebat esse animo, quia terram intueretur.

Peiero
Peiurium

FINIS

IOANNI REVCHLIN PHORCENSI LL. DOCTORI PRECEPTORI SVO Georgius Simler

ℭ Salutem primum iam a principio propiciam mihi atq; tibi dulcissime preceptor renuncio. Suauidica illa tua illectus uersiculorum modulatione & si me literę non nihil deficerent, temperare mihi tamen non potui quin aliquid adiicerem, quo discipulos meos scholasticos non illos adulescentulos, quibus contingere nihil potest illecebrosius, quam nox, mulier et vinũ, meos inquam beniuolentia uadarẽ, Sergium tuã meaq; annotamenta difficili molestaq; cunctatione expectantes, quemadmodum tu posteritatem in laudem tuam perpetuo concinnandã despondisti. Sed non nihil metuerem in eam meme penetrasse palæstram, ubi damnis desudascit, & succidaneo tergo formidarem symbolas, uelut Plautinus ille seruus scapulis meis imminentes, propter eos quorũ frons matutina seueritudine caperabit, nisi me Mar. Varro grauissimus auctor hoc metu uindicaret, dicens nos debere in mediũ proferre quæ scimus, neminem enim omnia scire posse, & raro fit, ut rectos & omnes numeros (quemadmodum in te) quisquam inueniat, Columella quoq; nos solatur, cum inquit, quoscunq; mortales habuerint sapientissimos, scisse multa, non omnia, non absurde facit etiam ut me animi angam, qui non examussim cuncta collocaui, compendio uerba multa defugiens, & forsitan erroris aliquid admisi, & rem scitu necessariam neglexi, respõdeat Cicero, si culpa dici meretur ꝙ rem aggressus sum fortiter. Sic Cicero de oratore perfecto ad M. Brutum. Par est omnis omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt, Qꝫ si quem natura sua aut illa præstantis ingenii uis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarũ artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit, prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisq; consistere, Exorsa igitur hęc tela uirtute atq; auspiciis tuis preceptor suauissime cui si placuero, magnam beniuolentiam paucula sum licitatus mercedula, meq; duodecim deis multo tanto chariorem, quos mecũ militare existimo, quem unice unum plurimi pendo, cęteros muricidas non facio pili, quibus male morigeris placere nemo potest, etiam qui habuerit soccis suppactum de auro solum, neq; nos illis aut seuimus aut messuimus, sed tibi, cui si non placuero, plaustrum (ut est in ueterum prouerbio) in tempestiue perculi, Verum enimuero si quid errauimus, qui nobis imputabunt, ignoscant, non obliti illius uersiculi a doctissimo quodam græco recitati ἀνθρώπινον ἐστὶ πάθος τὸ ἁμαρτάνειν. Et si nec illo contenti sunt uersiculo, superueniat romanus ille fulminator Marcus Cicero philippica. xii. dicens, Errare cuiusuis esse hominis, nullius uero nisi insipientis perseuerare in errore, Posteriores enim cogitationes (uti aiunt) semper solent esse sapientiores, At mox aliud diluendum eximẽdumq; obiiciet

plæracq; scilicet omissa, scitu cognitúq; dignissima, ad hunc ita compugnan
tem possum dicere, si tu ea es dexteritate prẹditus ingenii, & hanc interpreta
tionem uulgariam nõ supputas succisiuo & tumultuario studio excusam,
ad eam reuise, & si quid deest addas atq; consarcias, ea tenus quatenus pro-
deat absolutior, & facies rem non mihi solum sed etiam posteritati gratis
simam. Ad te repedo præceptor amatissime. Nam mihi quam facile
quamq; fortunate eueniat non tam maceror, quam ut tibi quieto
esse liceat, quod spero, si nõ erit officii gratia surda tui. Nam
cunctis prodesse laboras, nihil animaduertens quibus-
dam si cor sauciat inuidia, & altissima quęq; uen
ti perflant, tu ueris nominibus uenturam
deuincis ætatem, ita pleno sapis pe
ctore, qui plenissimo studiosos
literarum demereris obse
quio, qua propter pi
acularem fieri
oportet
ob stulticiam su
am acheruntica di
gnam regione, qui humani
tatem & gloriam tuam refra
ctaria interpellat oblatratione, qui
uelo remoq; (ut dicitur) ad bonam frugẽ
ducis omnes. Igitur te dii ament, ualeasq; ut uis
saluus semper atq; fortunatus, dii tibi dent annos (li-
bet iam Ouidio concinere) a te nam cætera sumes. Gloria
Phorcensis lausq; decusq; soli. Ex Lacydio nostro

INDEX

DICTIONVM INDEX

FINIS

Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis. Anno M.D. XIII. Mense Aprili.



